⁋ Enūerat el'ta. scđo d̄ q̄lꝫ illoꝝ sigillatī d̄termiat. ibi secūda. Terra. Dicit pᵒ medicū debere credere physico ꝙ sr̄ q̄tuor ⁊ ñ pl'a q̄ꝝ duo sūt grauia ⁊ duo leuia: grauia sr̄ terra ⁊ aq̄ leuia vᵒ aer ⁊ ignis. ⁋ Sciēdū pᵒ ꝙ el'ta eē q̄tuor a physico dupl'r iuestigat. pᵒ ex ꝑte q̄litatū alteratiuaꝝ. ꝑcise. n. sr̄ q̄tuor ꝯbiatiōes poſ'es q̄litatū pᵐaꝝ q̄ sūt pncipia trāsmutationū nāliū. iō ꝑcise sr̄ q̄tuor el'ta. Assumptum pꝫ discurrēdo. vi. n. sr̄ imagiabiles ꝯbiatiōes q̄litatū pᵐaꝝ: q̄ꝝ due sūt ipoſ'es. calīn. n. ⁊ fridū: rursus āt hūidū ⁊ siccū idē eē est ipoſ'e. scđo de gñone. ⁊ h iuestigatio ꝑtinet ad scđꝫ librū de gñone. scđo iuestigat nūerꝰ q̄ternarꝰ el'toꝝ ex ꝑte q̄litatuꝫ motiuaꝝ. ꝑcise. n. sūt q̄tuor simplices q̄litates local'r motiue scđꝫ spēꝫ disticte. g̊ ꝑcise sūt q̄tuor corpa simplicia ill' q̄litatibꝰ local'r mobilia. s. el'ta. assumptuꝫ pꝫ. q: ꝑcise sūt q̄tuor loca nālia scđꝫ spēꝫ disticta ad q̄ pñt q̄litates local'r motiue h corpa iclinare. s. sursū simpl'r. deorsū simpl'r. sursū ī respcū. deorsū ī respcū. ⁊ h iuestigatio ꝑtinet ad q̄rtū d̄ celo ⁊ mundo. vbi ex ꝑte locoꝝ ⁊ q̄litatuꝫ local'r motiuaꝝ ꝓbat nūerꝰ q̄ternarꝰ el'toꝝ. q̄l'rcūꝙ igit ad medicū ñ ꝑtinet tal' iuestigatio: ꝫ physico credere dꝫ. Nō tñ ꝙ ꝑ grauitatē ī respcū ⁊ leuitatē ī respcū ñ arbitror ītelligedā grauitatē aut leuitatē remissā. puto. n. ī q̄lꝫ simplici el'to q̄litatē motiuā simpliceꝫ eē sūmā. q̄ iō denoīat grauitas aut leuitas ī respcū: q: ad locū ī respcū sursū vl' deorsū nāl'r iclinat: ⁊ eꝯ dr̄ grauitas ⁊ leuitas simpl'r. Si. n. ī īfinitū ītēderet aeris leuitas nō ad locū altiorē iclinaret ꝙ nūc iclinet: ꝫ ad eūdē ꝑcise. Sil'r si ī īfinitū cresceret grauitas aq̄ ad eūdē locū scđꝫ spēꝫ iclinaret: lꝫ fortiꝰ iclinaret. nō g̊ ad locū remisse deorsū iclinat grauitas aq̄: q: remissa sit: ꝫ q: tal' grauitas scđꝫ spēꝫ. Sil'r ad locuꝫ remisse sursū nō iclinat leuitas aeris: q: sit gradual'r remissa ꝫ q: talis scđꝫ spēꝫ. Ex q̊ vlterꝰ pꝫ aliqđ corpꝰ alio intēsiue leuꝰ ad locū iferiorem moueri. vt aer sūmꝰ igne remisso vel exalatiōe sūme ignita. ⁋ Et pl'a alia ex his ꝯcludi pñt.

⁋ Terra est corpus simplex cuiꝰ locus naturalis ī medio totius existit ī quo natural'r manet q̄eta: ⁊ ad ipm cū ab eo sepata fuerit natural'r mouet: ⁊ hec quidem eius naturalis grauitas existit.

⁋ Sigilati diffinit qđlꝫ el'tuꝫ. scđo ꝯpat ea. ibi scđa. Grauia sr̄. Prio diffinit t'rā. scđo aq̄ ⁊c̄. ꝑtes patebūt. Prio igr̄ notificat ipaꝫ ex ꝑte q̄litatꝫ local'r motiue ⁊ motꝰ ⁊ q̄etꝫ eius nālis. scđo ex ꝑte q̄litatū alteratiuaꝝ eidē nāl'r ꝯpetētiū. tertio ex fine ⁊ iuuamēto eiꝰ ad gñoneꝫ mixtoꝝ. ibi scđa. Cuiꝰ nā: ibi tertia. Eiꝰ vᵒ. ⁋ Dic̄ pᵒ ꝙ terra ē corpꝰ simplex cuiꝰ locꝰ nālis ē in medio totꝰ vniuersi ī q̄ ipa nāl'r manet q̄eta ⁊ mouet ad ipꝫ cū fuerit ab ipo remota. ⁋ Sciēdū ꝙ tripliciter dr̄ aliqd simplex. Prio ꝑ cuiuscūꝙ ꝯpōnis puationē. sic deū ītelligētias ⁊ pūcta simplicia vocamꝰ. scđo q: nō diuisibile ī ꝑtes diuersarū rōnū: q̄l'r māꝫ ⁊ formā extēsā adhuc ī extēsā simplices vocamꝰ. t'tio dr̄ aliqd simplex: q: ñ diuisibile ī corpa nālia diuersaꝝ rōnū distiguēdo corpꝰ nāle ꝯ nāꝫ. ⁊ sic vocamꝰ dicta el'ta simplicia. mixta vᵒ ex his ñ: ⁊ ꝑcipue iuxᵗ pōnē tenētē ꝙ el'ta remaneāt formal'r ī mixtꝭ. Ponētes. n. el'ta nō formal'r manere ī mixto penes aliđ accipiūt simplicitatē el'ti. s. penes simplicitatē q̄litatū alt'atiuaꝝ: ⁊ localiter motiuaꝝ quas ī sua dispōne naturaliter determinant

¶ Sciendum secundo cētruꝫ terre imaginabile eē duplex
.s. magnitudinis ⁊ grauitatis. Primū est pūctus ad quē par
tes terre equalis magnitudinis copulant̄ totalē terram in
tegrantes. scđm est pūctus ad quē copulant̄ partes equal̄
grauitatis totalē ēt terrā integrātes: ⁊ q̄ꝛ terra nō ē vnifor
mis i partibꝰ suis: ꝫ difformis. iō nō est necessariū idē eē cē
trum magnitudinis ⁊ grauitatis. Situatur igit̄ in medio nā
liter: dum centrū grauitatis eiusdem est centrum mūdi: licꝫ
forte centrū magnitudinis eius nō sit cētrū mūdi. ¶ Sciē
dum tertio ꝙ phisici mediū totius. i. mūdi vocant locū nā
lem terre: q̄ꝛ tūc est solū terra nāl̄r locata quādo mediū gra
uitatis eius est in medio mūdi: quāuis ꝓprie mediū mundi
nō sit locus terre: eo ꝙ terram non ꝯtinet: ꝓpriū aūt loci ē
continere locatum: dicit̄ ergo iproprie terre locus: eo ꝙ rō
locandi scđm quosdā est: vel q̄ꝛ formale est in locatione nā
li terre. terrā enim eē nāliter locatam: est ipam i medio mū
di eē situatā sic ꝙ cētrū grauitatis eiꝰ sit mediū mūdi. vel di
citur locꝰ. i. situs nālis eius. Hāc sententiā senserunt aliqui
dicentes locū eē duplicē. i. ambiētē ⁊ terminantem. ⁊ ꝯñr
ꝙ centrū mūdi est locus nālis termināś ⁊ non ambiēś spe
ram terre. Et ex hoc tāq̄ꝫ ex fūdamēto solui pōt ꝯmune du
biū hic ꝓponi solitum: vtrū mediū mūdi sit locus naturalis
terre. videtur enim ꝙ nō: q̄ꝛ centrū mūdi vel est pars terre
vel est punctū idiuisibile i medio mūdi. Si primū seqtur ꝙ
ꝑs est locus naturalis totius: qđ nō est bene itelligibile. Si
secūduꝫ sequit̄ ꝙ idiuisibile ē locꝰ diuisibilis. Item q̄ꝛ per
idem terra ē locꝰ aq̄ ⁊ aq̄ aeris ⁊ aer ignis: qđ est cōtra phi
losophū q̄rto phisicoꝝ. ⁊ A. hic in lr̄a. ꝙ aūt mediuꝫ mūdi
sit locus nālis eius pꝫ. q̄ꝛ ad illud terra nāliter mouet̄: ⁊ cū
ad illud fuerit quiescit nāliter. ¶ Soluitur ex dictis dubiū
concedendo centrū mūdi eē locum terminantē ⁊ nō ambiē
tē vt dictū ē. Ex quo pꝫ cōcordia iter Albertū vel alchyn
dū de loco nāli terre ponētē ipm eē i medio mundi. ⁊ Ari.
quarto phisicoꝝ ponētē ipm eē vltimā aque superficiē. lo
quitur eniꝫ Albertꝰ seu alchyndus đ loco terminātē. Ari.
vero de loco ambiente. ¶ Ad argumētū igit̄ dicēdū ꝙ cē
trū mūdi siue sit pūctꝰ idiuisibilis siue ꝑs terre situata i me
dio mūdi: pōt tñ eē locus naturalis terre termināś. Dubiū
aūt nō paruum est cur terra magis natural̄r inclinet̄ ad cen
trū q̄ꝫ ad aliū sitū vniuersi. Pro quo coiter dicit̄ ꝙ mouet̄
ad cētrum: q̄ꝛ ibi est formale. i. ꝑfectio terre. ad illū eniꝫ sitū
tēdit vt ꝑ qualitatē sibi ꝓportionatissimā a celo hic ifluxaꝫ
ꝯseruet̄. Ex iuxta hoc ꝯñr tenēdū ꝙ ista qualitas ifluxa ex
ordine nāe non est terre ꝯueniēter ꝯseruatiua nisi i distan
tia tanta ab orbe. Et ꝯñr ꝙ qualitas formal̄r ꝑficiēs: ⁊ ime
diate cōseruāś terrā est in ea subiectiue ad ipam delata per
medium: nec debite cōseruat: nisi cū illa situs circūstantia.
Contra q̄ꝛ intensior recipitur hec influentia ⁊ potentior ad
conseruandū in aere ⁊ aqua q̄ꝫ iuxta cētrum. g̊ melius cōser
uatur terra in aere vel aqua q̄ꝫ in centro. ¶ Pro isto cōces
sit gentil. aliquid velocius ⁊ meliꝰ operari in remotū q̄ꝫ in
ꝓpinquū. ⁊ ꝙ non repugnat passum distantiꝰ fortius trans
mutari ab aliquo certo agēte q̄ꝫ ꝓpinquiꝰ. hec enī celestis
influētia nāliter terre cōseruatiua quāto est centro ꝓpinq
or ꝑfectior est ad terrā cōseruādā: ⁊ ad ipam perficiendam.
⁊ ecōtra quāto remotior a cētro ⁊ celo influēti ꝓpinqor tā
to est remissior ⁊ debilior. Et ex isto conatur iuestigare cāꝫ
velocitatis motus naturalis grauis in fine. Sicut. n. magis
appropinquat loco nāli: ita magis ꝑficit̄ ꝑ iā dictū influxū.
Unde forma eiꝰ ⁊ sua grauitas redditur potētior ad mouē
dū. Ego vero dixi alias ꝓbabil̄r ꝙ licꝫ celestis ifluētia ter
re ⁊ elementoꝝ natural̄r cōseruatiua itēsior sit i aere q̄ꝫ iux̄
centrū: q̄ꝛ tñ nō sub eodē gradu ꝫ sub diuersis gradibus ē
distinctoꝝ elemētoꝝ nāl̄r ꝯseruatiua: nō sequit̄ in aere me
lius ꝑ hāc influētiā cōseruari terrā q̄ꝫ circa mediū mūdi. pu
ta circa centrū. Stat enī ibi reperiri gradum huius qualita
tis influxe conseruationi terre maxime proportionatum p̄
cipue cum hac situs circunstantia. hec tamen inuestigatio
magis pertinet ad physicum.

¶ Cuius q̄deꝫ natura frigida ē ⁊ sicca. Ipa
enī talis existit ꝙ si dimissa fuerit neq̄ꝫ altera
res extrinseca eaꝫ cōuerterit apparebit ex ea
frigiditas sensibilis ⁊ siccitas.

¶ Notificat terrā ex qualitatibꝰ alteratiuis: q̄ꝛ ē frigida ⁊
sicca ⁊ talis naturalis existit: q̄ꝛ si nature sue dimittat̄ ⁊ nul
lo extriseco actual̄r alteret̄ ꝓuenit ex ea: si organo tactꝰ oc
currat frigiditas ⁊ siccitas sensibilis.

¶ Eius vero eē in generatis iuuamētuꝫ pre
stat ad retentionem faciendam ⁊ fixionem: ⁊
ad conseruādas figuras ⁊ formas.

¶ Notificat eam ex fine dicēs ꝙ existentia eius i mixtis iu
uat ad faciēdū retētionē ⁊ fixionē ⁊ conseruādas figuras ⁊
formas. Sciēdū hic ꝙ humidū ex nā rei bene termiabile ē
termio alieno nō ꝓprio. vt q̄rto methauroꝝ: vñ fluxibilia
sūt humida corpora nō figuris ꝓprijs ꝫ cōtinentiū termia
bilia. siccū vero ecōtra. g̊ siccū cū humido cōmixtū ꝓhibē
do fluxibilitatē iuuat ad fixionē ⁊ retentionē. ⁊ per ꝯñs ad
conseruādas figuras ⁊ formas. Quidā tñ hic per formas i
tellexerūt naturales: ⁊ per figuras artificiales formationes
Alij ꝑ formas intellexerūt solas formas ianimatoꝝ. per fi
guras vō aiatoꝝ. Alij per formas substātiales formas tam
ianimatoꝝ q̄ꝫ aiatoꝝ. ꝑ figuras itellexerūt figuras ꝓprie di
ctas. hec oia ꝓbabilia sūt. Ex q̄bus pōt colligi hec ꝯpleta
descripio: Terra est corpꝰ simplex nāliter frigidū ⁊ siccū in
medio mūdi nāliter q̄escēs: ⁊ ad ipm si nō fuerit in eo situa
tū nāl̄r mobile cuius existētia i mixtis iuuat ad fixionē ⁊ re
tētionē ⁊ ad cōseruandas mixtoꝝ formas ⁊ figuras.

¶ Aqua aūt est corpus simplex cuius natura
lis locus ē: vt sit circundāś terrā ⁊ circūdata
ab aere: cū i suis sitibus naturalibus ꝑmāse
rit. ⁊ hec q̄dē est eius grauitas ꝯꝑatiua.

¶ Notificat aquā ex parte sui sitꝰ nālis ⁊ q̄litatis localiter
motiue. secūdo ex parte q̄litatū alteratiuaꝝ. tertio ex parte
finis. secūda ibi. Que frigida. tertia ibi. cuius eē. Dicit pri
mo ꝙ aqua est corpꝰ simplex cuius locꝰ naturalis est vt sit
circundāś terrā ⁊ circūdata ab aere cū i sitibus suis nālibꝰ
ꝑmanserit. ⁊ hec est eius grauitas ꝯparatiua. ¶ Sciēdum
primo aquā eē corpus simplex simplicitate opposita com
positiōi ex pluribus formis substātialibꝰ vt supra: vel ē sim
plex. q̄ꝛ in sua nāli dispōne sibi limitat q̄litatē local̄r motiuā
⁊ alteratiuā simplicē suo ꝯtrario nō ꝯmixtā: ⁊ hoc scđm te
nētes elemēta nō manere formal̄r i mixto. licꝫ aūt aque ad
terrā sit formalis ꝯrietas scđm qualitates manifestas: inter
eas tñ est virtualis ꝯueniētia per ifluentias a superioribus
receptas illoꝝ elemētoꝝ naturaliter conseruatiuas. vt sup̄
tactum ē. ¶ Scđo sciēdū ꝙ hic non sumit̄ locꝰ ꝓprie. s. ꝑ
vltima sup̄ficie corporis ambientis locatū. vt quarto phi
sicoꝝ describit̄: sed sumitur ꝑ situ. vt sit sensus. cuius locꝰ
. i. situs nālis: tūc enī est aqua nāl̄r locata qñ eius sup̄ficies
concaua ꝯtinet terrā ⁊ ꝯtinetur eiꝰ ꝯuexū ab aere. Ex quo
contra q̄sdā cōcludit̄ aggregatū ex cōcauo aeris ⁊ sup̄ficie
ꝯuexa terre nō eē locū propriū ⁊ adeq̄tum aque: capiendo
locū ꝓpriū vt cōtra ꝯmunem distinguit̄: q̄ꝛ locus ꝓpriꝰ vt
sic debet ꝯtinere locatū: ꝫ ꝯuexa superficies terre non con
tinet aquā total̄r nec particulariter: ꝫ ab ea ꝯtinetur: g̊ nō ē
locus totalis nec partialis eiusdē: ⁊ per ꝯñs ille totalis nō
est locꝰ natural̄r ꝓprius aque. Itē data positiōe seq̄t̄ locū
alicuiꝰ ꝓprium ⁊ adequatum ꝯtinue minorari ⁊ locatū ma
iorari: ⁊ tñ illud locatū i eo ꝯtinue tāq̄ꝫ i adequato ⁊ ꝓprio
loco ꝯtinebit̄: qđ non est bene itelligibile. ꝯñā ꝓbatur po
nēdo terram ꝯtinue versus centruꝫ ꝯdensari ⁊ aquam ver
sus cētrū augeri ipam insequendo. ⁊ pꝫ ꝯclusio. q̄ꝛ aggre
gatum ex istis duabꝰ sup̄ficiebꝰ cōtinue minorabit̄. ⁊ tñ lo
catū ñ ꝯtinue augebit̄. vt pꝫ ex casu. Itē data positiōe seq̄t̄
idem respectu eiusdē eē locans ⁊ locatum: cōtinēs ⁊ ꝯten
tum. vt ꝯuexū terre respectu ꝯcaui aque. Ex his sequit̄ se
cundo non cuilibet elemēto corrſidere locū ꝓpriū ⁊ adeq̄
tū: imo vl̄r nulli corpori ꝯcauo correspōdet locꝰ propriꝰ ⁊
adequatus. ¶ Intelligēdū tertio ꝙ locꝰ aque est vt circū
det terrā ⁊ circundetur ab aere. vbi. s. aqua ⁊ terra ⁊ alia ele
mēta scđm exigentiam ⁊ ordinē suaꝝ q̄litatū localiter moti
uaꝝ situata fuerit. Tunc enim eēt tota terra aq̄s circūda
ta. De facto tñ nō est ita cū elemēta nō sint scđꝫ dictam exi
gentiā situata: imo magna ꝑs terre aq̄s discoperta ē: cuius
cā a diuersis diuersimode asserit̄. Primo a cāpano ponēte
aquam non eē terre nec mūdo cōcentricā: ⁊ ꝙ si eēt ꝯcen
trica tota terra eēt aq̄s cooperta: ꝫ propter ipam eē ecētri
cam magna ꝑs eius est coop̄ta ⁊ reliq̄ aquis discooperta ē.

Alij aūt īuestigationē huius cause in diuinā prouidētiam reduxerunt. ad vitam aīalium. s. tuendā. Conciliator vero dr̄ia decimatertia cās qnq₃ assignat. Pr̄ia est ꝙ stelle quedā fixe iuxta poluꝫ septētrionalem existētes virtute sua mare cōpescūt oceanuꝫ ⁊ prohibēt ne totaꝫ terrā cooꝑiat. Et ɔ̄sr̄ nō repugnat in his inferiorib⁹ ex natura superiorū dispositionū aliquā causari violentiam ⁊ perpetuo ꝑmanere ad perfectionē vniuersi. Perpetuo enim fit flux⁹ ⁊ refluxus maris q nō inest naturalr̄ aque: q₂ tūc oīs aqua flueret ⁊ reflueret. sed ꝓuenit ex naturali īfluxu. secūda cā. q₂ terra ē cauernosa: vt Aristo. xxiij. ꝓblematū. v. problemate: vbi proponitur ꝓpter qd serenitate existente ⁊ trāquillitate ī mari submergantur naues ⁊ ponit cām veram eē cauernositatē in qua aer īcluditur quo excluso aꝑitur terra ⁊ subingredit̄ aqua quare nauis submergitur. Tertia cā est q₂ ī septētrione terra eleuata ē ꝓpter qd̄ mare septētrionis fluit versus alia maria. scd̄o metheorop. Due alie ibidē tanguntur cause a cōciliatore. Verū quia hec subtilitas ꝑtinet ad superiorem artificē ꝓ nūc hec pauca sufficiant. ¶ Sciēdū quarto ꝙ aque sicut ⁊ alijs corporib⁹ naturalib⁹ duplr̄ īest motus naturalis. s. proprius ⁊ cōis: vel scd̄m coēm modū loquendi naturalitate ꝓpriā ⁊ cōi. Prim⁹ ē sic cōueniēs aque per naturā eius ꝓpriā ꝙ nō alijs corporib⁹ naturalib⁹ sic motus aque ad locū dictū. Secūdus aūt nō solū sibi sed īdifferenter oībus alijs corporibus naturalr̄ īest sicut motus ad vacuū ꝓhibendū q ideo naturalitate cōi dicitur naturalis: q₂ cōiter ⁊ indr̄nter a cuiuscūq₃ corporis naturalitate ē aptus ꝓuenire. Ad propositum motus aque naturalis primo modo ē ad locū iā dictū. scd̄o mō dictus est ad alias dr̄ias positiōis. Per grauitatem aūt cōparatā debemus intelligere grauitatem nō gradualiter remissā: sed ad locū vel situm cōparatiue deorsum īclinantem.

¶ Que frigida est ⁊ humida. s. eius natura talis existit: ꝙ si dimissa fuerit sicut est neq₃ vlla cā extrinseca ei contraria fuerit apparebit ex ea frigiditas sensibilis: ⁊ dispositio que ē humiditas.

¶ Notificat eam ex qualitatibus alteratiuis. scd̄o quedam declarat. ibi scd̄a. Et ipa quidē. prima ꝑs pꝫ.

¶ Et ipa quidē est eius generatio in creatione sua que reddit eam aptam ad spargenduꝫ ⁊ extendendum pro qualibet re q̄uis sit pauca: ⁊ recepit omnem figuram que est: sed non retinet.

¶ Declarat quid oꝑetur aqua ꝑ humiditatē. q₂ ipa. s. hūiditas ⁊ eius generatio ī creatiōe aque est que reddit ipam aquam aptā vt spargatur ⁊ extendatur ꝓ qualibet re q̄uis sit pauca ⁊ recipit oēm figurā que ē sed nō retinet. ¶ Sciendū ꝙ notanter dixit sēsibilis ad denotandū frigiditatem aque eē actualem ⁊ non virtualē tm̄. Cōprehenditur auteꝫ hoc sensu ⁊ experimento: q₂ calefacta ab extrinseco ⁊ nature sue dimissa redit ad frigiditatem pristinaꝫ medio etiā frigido nō existēte. Sic eni ⁊ nō aliter arguimus terrā naturaliter ī centro qescere. Dixit aūt notāter ī creatiōe. Credidit eni Aui. formas nāles ꝓduci ab extrinseco agēte dicto colchodea. Et nota vt supra ꝙ ꝓpter hūiditatem redditur aq̄ fluxibilis. iō nō bene proprio termino sed alieno terminabilis. iō redditur ad se spargēdū ⁊ extendēdū ⁊ facilr̄ recipit oēs figuras: sꝫ nō retinet eas. Dixit aūt pro qualꝫ re q̄uis ipa sit modica scd̄m alterū duop sensuū. primus est pro q̄lꝫ re: q̄uis ipa aq̄ sit modica. Scd̄us est q̄uis ipa res. s. spargens ⁊ extendens sit modica. vterq₃ sensus bonus.

¶ Cuius eē in generatis iuuamētum prestat ad figurandas formas quas ī suis diuisiōib⁹ aliqui figurare volūt: ⁊ ad figurandū et ad lineandū et temperandum. Humiduꝫ eni licꝫ cito formas figurales amittat. cito tn̄ eas recipit: sicut siccum licꝫ eas duriter suscipiat: duriter tn̄ retinet eas. Cūq₃ humidū et siccū se ad inuiceꝫ tēperauerint adipiscet̄ siccū ab humido vt cito suscipiat tēsionem et facile figurari possit. et acquiret humidū a sicco vt retineat firmiter qd̄ ī eo accidit ex rectificatiōe vel certificatiōe et equatiōe. et ꝓpter humidum ꝓhibetur siccū a sua separatiōe: et ꝓpter siccū ꝓhibetur humidū a sua fluxibilitate.

¶ Notificat eā ex fine dicēs ꝙ eē aque ī mixtis prestat iuuamētum ad figurādum formas quas aliqui ī suis diuisionibus volūt figurare. ⁊ ad figurādum: lineāduꝫ: ⁊ temperādum: q₂ licꝫ humidum formas nō retineat ipas: tn̄ faciliter suscipit: sicut ēt ecōtra siccuꝫ suscipit duriter: ipas tn̄ faciliter retinet. Ex quo pꝫ ꝙ si humidum ⁊ siccū adinuicē bene temperentur: acquirit siccū ab humido: vt cito extensionē recipiat ⁊ vt facilr̄ figuretur. Hūiduꝫ vero a sicco vt firmiter retīeat qd̄ accidit ī eo ex tectificatiōe: vel scd̄ꝫ aliā litteram ex certificatiōe ⁊ equatiōe. ⁊ iterū siccū ꝓhibetur propter humidū a separatiōe. i. solutiōe ⁊ pulуerizatiōe: humidū v̄o ꝓhibet̄ ꝓpter siccū a sua fluxibilitate. ¶ Intelligēdū hic ꝑ̄ ꝙ multo plura iuuamēta facit aq̄ ad mixtiōem per hūiditatem q̄ per frigiditatē. vr̄. n. ꝑ frigiditatē solū caliditatem calidorū corporū temperare. Per humiditateꝫ vero operatur oīa que explicantur in lr̄a. Primo iuuat ad figurādas formas artificiales. iō dicit. quas volunt ⁊c̄. Scd̄o iuuat ad figurādas formas naturales. ideo dicit ⁊ ad figurandum. Tertio iuuat ad id qd̄ explicat ī lr̄a cū dicit: ad lineandum. i. extēdendū ⁊ tēperādū. s. terre ariditatem ⁊ duritiem ¶ Nota tn̄ ꝙ illa particula ad lineādū pōt exponi ꝑ̄mo: vt dictū ē. scd̄o ad lineandū. s. mēbra ī mixtis aīatis ī quibus fit mēbrop manifesta diuisio. Natura eniꝫ operatur vt pictor q primo lineat. scd̄o distātias medias īter lineationes colorib⁹ īplet. Sic natura ꝑ̄mo radicalia lineat: scd̄o distātiā mediā mēbris carniformibus īplet: vt hyp. ī libro de nā fet⁹. ⁊. xxi. tertij. capl̄o scd̄o. ¶ Sciēdū tertio ꝙ hic duplex lr̄a reperitur. Prima hꝫ rectificatiōe ⁊ pꝫ. alia lr̄a hꝫ certificatiōe ⁊ exponitur. i. forme inductiōe. tunc eni fit certificatio. q₂ ex confuso fit rei determinate productio: vel certificatione. i. formatione.

¶ Aer aūt est corpus simplex cuius naturalis locus est vt sit suꝑ aquā et sub igne. hec enim est eius leuitas cōparatiua.

¶ Describit aereꝫ. primo ex parte leuitatis ⁊ loci. scd̄o ex parte qualitatum alteratiuarum ⁊ tertio ex parte finis. scd̄a ibi. Ipi⁹ vero. tertia ibi. Cui⁹ quidē. ꝑ̄ma pars pꝫ.

¶ Ipi⁹ vero natura calida est et humida scd̄ꝫ regulam quam diximus.

¶ Nota scd̄m coiorem sn̄iam aerem eē remisse calidum respectu ignis ⁊ videtur ꝓbabilr̄ tenēdū caliditatem eius nō eē simplicem sed frigiditati cōmixtā. ⁊ ꝑ ɔ̄ns ꝙ nō cuiuscūq₃ elementi simplicis quelibet qualitas alteratiua est nālr̄ simplex: ⁊ ꝙ omne elemētum in sua naturalissima dispōne sibi determinat tres qualitates primas. ⁊ ɔ̄sr̄ pꝫ ꝙ aer ē sūme humidus: licꝫ ꝓpter subtilitatem substātie ⁊ raritatem videatur min⁹ humidus aqua. Nōnulli vero anglici tenuerūt tam caliditatem q̄ humiditatē eē sūmā ī aere simplici.

¶ Cuius quidem eē ī gn̄atis iuuat vt rarificētur et alleuientur et subtilientur ⁊ ad superiora eleuentur.

¶ Primo sciēdū est ꝙ aer iuuat mixtū ad rarefactionem. Primo ꝑ simplicem alterationē. calefaciendo eni rarificat. scd̄o se cōmiscēdo elemētis dēsis. ex cōmixtiōe eni rari cuꝫ denso resultat totū aggregatum illo denso rarius. ⁊ per idē est cā alleuiādi. ¶ Sciēdū scd̄o ꝙ aer etiā multiplr̄ iuuat vt mixta sursū eleuētur. Primo aīata mobilia motu ꝓgressiuo. q enim magis aerea sunt magis spirituosa. ⁊ ꝑ ɔ̄ns ad superiora facilius eleuabilia. Et silr̄ ī corporibus īaīatis. leuitas eni aeris ī spis elemētop inferiop trahit sursum. propter qd̄ lignū ī aere descēdit: ī aqua vero minus ponderat vel ascēdit: q̄uis aer in spera ꝓprie naturaliter situat̄ non trahat sursum nec deorsum. ¶ Cōtra. aer est grauis ī spera propria. vt Ari. quarto de celo. ⁊. xxi. ꝓblematū. ꝓblemate xvij. ⁊. xxv. ꝓblematū. problemate. x. ⁊. xij. ⁊ aliqualr̄. xiij. ⁊

vndecima particula problematū. problemate. xlv. vbi ponitur vocem a sursum in deorsuz facilius audiri. Quicquid alij circa hanc mām sentiant puto tenendum eē ꝙ aer i spera propria cōueniēter situatus nec tractū facit sursum nec deorsum: sed cuilibet trahenti extra hanc speram deducta necessitate vacui naturalr̄ resistit. si eni i sua spera conueniēter situat⁹ grauitaret: nō appet cur cōtinue nō descēderet ps superior ad inferiorē. Si eni diuidat aer scđm profunditatē in quatuor quartas: pz ꝙ pars superior continēs tres quartas dz posse cōprimere infimam partem ⁊ in ea descendere. Argumētū tñ hoc probabile est. item tunc aer in hoc situ nō naturaliter quiesceret. ⁊ per ꝯsequens hic nō eēt situs eius naturalis: qđ est contra. A. in littera. arguitur ꝯña: q̄ quicquid ab aliquo situ naturaliter appetit recedere i eodem violenter quiescit. ❡ Sciēdum est secūdo ꝓbabilr̄ ꝙ lz aer in ꝓpria spera situatus per eandem qualitatem naturaliter resistat tam sursum ꝗ̄ deorsū extra suam speraz ipm trahenti. per eandem tñ qualitatem fortius resistit trahenti sursum ꝗ̄ deorsum: nec de hoc alia cā dari pōt: nisi q̄ aer a sua forma ⁊ qualitate motiua naturalr̄ talis est. Sicut est ēt verisimile ꝙ plus resisteret ignis trahenti ipm deorsum ꝗ̄ sursum in spera propria. Et ꝯñr dicendū ꝙ auctores dicentes aerē eē magis grauē i sua spera ꝗ̄ leuem nō plus voluere nisi ꝙ minus aer resistit ⁊ facilius est ipz deorsū ꝗ̄ sursū trahere vel pellere: ⁊ ꝓpter h̄ melius auditur vox deorsuz ꝗ̄ sursum. ⁊ hec videt̄ sentētia ꝯmētatoris. quarto celi cōmento. xxv. dū iquit. Grauitas aūt ⁊ leuitas quas hñt aer ⁊ alia elemēta i suis spis nō ē nisi velocitas motus ad iferius aut superi⁹ ab eo qđ facit violentiam. Ego aūt expono velocitas. i. facilitas. Ad auctoritates oēs illas Aristotel' dicūt aliq Arist. fuisse ibi locutū secūdū opinionē antiquorū vnde petrus de abano dictus cōciliator. xxv. particula ꝓblematum in cōmētando duodecimum problema dicit ꝙ Arist. i hac re assimilat̄ magis dubitanti ꝗ̄ docēti.

❡ Ignis vero ē corp⁹ simplex cui⁹ naturalis locus sup̄ oēs elemētarias existit ptes: q ē cōcaua celi superficies. ipē nāq ad celū ꝑuenit. et hec qdē est eius leuitas absoluta.

❡ Describit ignem ṗmo ꝑ qualitatem motiuā simplicē ⁊c̄. sicut de alijs. fecit elemētis. ❡ Sciēdum primo locū ignis naturalē nō eē locū supremū simpliciter: sed locū in genere locorū cōueniētiuz corporibus localr̄ mobilibus motu recto. ❡ Nota etiā ꝙ ꝑ leuitatē absolutā non debet intelligi sūma leuitas. vt supra tractatū est. q̄ sic leuitas comparatiua eēt leuitas remissa: sed per leuitatē absolutā itelligimus leuitatē iclinantē ad locū supreme sursum i genere locoruz corporum mobiliū motu recto. Nō eni ad loca ita sursū mouetur ignis: q̄ sit sūme leuis: sed q̄ tali leuitate leuis scđm spēz. Hui⁹ aūt signū est q̄ exhalatio calida ⁊ sicca: ⁊ fumus grossus ꝗuis sit aere remissius leuis: ad superiorē tñ locuz per leuitatem igneā iclinatur ⁊ ascēdit i aere. Itez dato opposito ⁊ cōcesso vt cōcedūt aduersarij ꝙ leuitas ignis ⁊ aeris non differūt spē eētialr̄: sed tm̄ scđz magis ⁊ minus: nō apparet qūo ex parte qualitatū motiuaꝝ localr̄ ꝓbari posset numerus q̄ternarius elemētoꝝ contra processū Aristo. quarto de celo. Item leuitas ignis multuz remissa in spera aeris nō inclinaret sursum: ⁊ sic grauia mixta nō haberent i aere resistentiam itrinsecam contra Aristo. ⁊ cōmētatorem quarto physicoꝝ. Cōcludendum ergo ē ꝙ leuitas ignis ad talē locū scđm spēm inclinat: non q̄ intensa sit: sed q̄ talis motiua qualitas scđz spēz. ⁊ ꝯñr ꝙ si in infinitū itenderetur vel remitteret̄ ad eūdem tñ locuz semper iclinaret: lz qñq fortius qñq debilius iclinaret. Et ex hoc tāꝗ̄ ex fūdamento soluitur argumētū quo quidā probare nituntur ignē minus eē leuē ꝗ̄ terra sit grauis. Arguūt enim sic. minus sursum est locus ad quem iclinat leuitas ignis: ꝗ̄ sit deorsum locus ad quē iclinat grauitas terre. ergo intēsior est grauitas terre ꝗ̄ sit leuitas ignis. Pro quo dicitur negādo consequētiaz. q̄ per idem probaretur lignum ⁊ aerez grauiora eē ꝗ̄ ignis sit leuis: eo ꝙ locus ad quem naturaliter mouet qualitas motiua aeris multo propinquior ē loco sūme infimo ꝗ̄ sit locus ignis propiquus loco simpliciter supremo. scđo q̄ licz ille locus non sit simpliciter ita sursum: est tñ ita sursū in genere locoruz ad que naturaliter mouet grauitas aut leuitas. tertio q̄ non ideo ad locum ita sursū inclinat leuitas ignis: q̄ sit tante intensionis: sed q̄ talis motiua qualitas scđz spēz vt dictū ē. Et nota ꝙ non dixit hic Auicen: ignē i concauo orbis lune quiescere. q̄ ibi cōtinue circulariter mouetur ad motū orbis. ⁊ ē hic mot⁹ naturalis igni non tamē primo ⁊ per se: sed secūdario ⁊ ex ꝯñti ꝑꝑ ifluentiaz receptaz ab orbe: sicut ēt naturalis est motus ferri ad magnetez ꝓpter ipressionem receptā a magnete.

❡ Cuius natura calida ē ⁊ sicca.

❡ Patet hec pars. ❡ Sciēdū est ignē eē per se exiccatiuū ⁊ per accñs. per siccitatem enim exiccat per se. per caliditatem vero exiccat per accñs primo. ꝓ quāto subtiliat ⁊ rarificat subm̄ i quod agit qđ subtiliatū facilius patitur a sicco. secūdo q̄ leuificādo ⁊ resoluendo partes humidas saltem in materia mixta cā est vt sicce partes humidis dominent̄. tertio quidam dixerunt caliditatem eē per se cām dispositiuā exiccationis. caliditas enim per se lz non sit exiccatiua: tñ ex natura rei talem hz cōuenientiā cū siccitate: vt sibi cōiuncta reddat ipam potentiorē ad agendū: quēadmoduz ēt econtrario siccitas calorem reddit actiuiorē. est eniz siccitas lima caloris. Quidā tamē crediderunt caliditatem non minus eē per se productiuā siccitatis ꝗ̄ siccitas. sit etiā siccitatis productiua: nec hoc dicunt repugnātiā naturalem icludere: nō eni minor videtur dissimilitudo ⁊ discōuenientia lucis ad calorez ꝗ̄ caloris ad siccitatē: sed non minus ꝑ se est lux productiua caloris ꝗ̄ calor. iō ⁊c̄.

❡ Et ei⁹ eē i gñatis p̄stat iuuamētū vt maturet ⁊ subtiliet ⁊ permisceat ⁊ vt eius penetratiōe currat per ea subā aerea: et vt duoꝝ elemētorum grauium frigidoꝝ puram frigiditatē frāgat: ⁊ vt de elemētaria ꝓprietate ad cōplexionalitatem redeant.

❡ Declarat finem eius di. ꝙ eē eius in mixtis prestat iuuamentum ad maturationez. i. digestionē que fit per debitaz permixtionē humidi cū sicco: qđ maxime perficitur calido. ⁊ per idem iuuat ad subtiliationem. Calidi eniz ē subtiliare rarefacere ⁊ permiscere ⁊ per idem iuuat vt penetratione sua currat per substātias mixtorū suba aerea. Ignis enim subtilitate sua multum ad ꝓfunda penetrat. Et subē grosse partes aliquas resoluendo porositates ⁊ meatus generat ꝑ quos potest currere su ba aerea ⁊ spiritus. Iuuat etiā sua caliditate intēsa ad frangendum ⁊ remittēdum frigiditatez duorū elemētorum frigidorum. s. terre ⁊ aque ⁊ ad reducendum ea de proprietate elemētari ad cōplexionē: ⁊ dr̄ illorū pura frigiditas vel q̄ sūma vel q̄ itēsa frigiditas ⁊c̄.

❡ Duo aūt grauia plus iuuant ad mēbrorum generationem ⁊ eorum quietem: ⁊ duo leuia plus iuuant ad generationem spirituū ⁊ motionē eoꝝ: ⁊ ad mouēda membra: licz motor non sit nisi aīa. hec sunt elemēta.

❡ Comparat hec di. ꝙ duo elementa grauia ⁊c̄. pz littera. ❡ Notandum elemēta cōcurrere ad mixtionē scđm suas corpulētias vel moles: ⁊ scđm qualitates eorū alteratiuas: ⁊ localr̄ motiuas. Corpulentie igitur ⁊ moles grauiuz plus faciunt ad eē mixtorū ꝗ̄ leuiū: q̄ plus hñt de materia. Similiter qualitates eorū localr̄ motiue plus videntur ad mixtionē facere. mixta eni hñt maxime circa mediuz residere. scđo de gñatione. Qualitas tñ alteratiua leuiū. s. caliditas efficacius operat̄ ad mixtionē. vt pz ex dictis. ❡ Sciēdum scđo leuia plus facere ad gñationez spirituū: q̄ calida rara subtilia. vt spiritus ⁊ ad motiōes: q̄ calidi ē mobilitare: ⁊ q̄ spiritus sūt instrumēta motuū animaliū. Econtra vero frigida elementa plus faciunt ad quietem: q̄ frigidi est figere ⁊ quietare. vt ifra doctrina sexta. tertio caplo. ⁊ subdit licz motor nō sit nisi aīa. s. pricipalis. instrumētalis vero spūs: ⁊ alia organa. Et nota iuxta superi⁹ dicta ꝓbabilr̄ teneri posse: ꝙ calidi per se est rarefacere ⁊ subtiliare: ⁊ ꝙ nunꝗ̄ per se calidū aliqua ingrossat vel inspissat. per accñs aūt pōt inspissare: ⁊ ꝯñr ꝙ agens in lutum vel laterem oēm partem in quā agit subtiliat ⁊ rarefacit: q̄ tñ talr̄ agendo qñq humida

⁊ subtilia plus resoluit ꝙ̄ grossa subtiliet contingit remanẽtem subãm eẽ grossiorẽ. ¶ Contra. qꝛ terrestrium partium remanẽtiũ ꝑtes fiũt ꝓpinquiores. ꝫ densantur. negaꝭ ꝯña. nisi addaꝭ illa clausula deducta ꝑtiũ subtractiõe: ⁊ cũ ꝫ ponatur equalitas i aspectu ꝑtiũ adiuicẽ. vñ clauso pugno nõ necessario est manꝰ densior ꝙ̄ priꝰ: nec hõ sedẽs ꝙ̄ stãs: lꝫ partes eius ꝓpinquiꝰ iaceãt. vel pro forma dꝭ ꝙ ad reꝫ dẽsiorẽ eẽ sequiꝭ ꝑtes eiꝰ imediatas cũ alijs ꝑtibꝰ ꝓpinquiores eẽ: nõ tñ vlr ad partes mediatas rei ꝓpinquiꝰ iacere sequiꝭ illam rem eẽ densiorem.

¶ Doctrina tertia cuius sunt tria capitula:

¶ Capitulũ primũ ẽ ad oñdẽdũ qd sit ꝯplo.

Omplexio ẽ qualitas q̄ ex actiõe adinuicẽ ⁊ passiõe contrariaꝝ qualitatũ in elemẽtis iuẽtarũ: quorũ ꝑtes ad tantã ꝑuitatẽ redacte sũt: vt cuiusꝙ̄ earũ plurimũ cõtingat plurimum alterius prouenit.

¶ Determiat de ꝯplexiõe. ⁊ primo i gñali ⁊ absolute. scd̃o spalr ⁊ ꝯtracte. ibi scd̃a. Dico ꝙ deus. Primo determiat d̃ ꝯplõne diffinitiue. scd̃o diuisiue. ibi scd̃a. Et illud ẽ. Primo iterũ ponit diffinitionẽ. scd̃o eã declarat. ibi scd̃a. Cum eni: Dicit p̊ ꝙ ꝯplo ẽ qualitas q̄ ꝓuenit ex actione ⁊ passiõe q̄litatũ reptarum i elemẽtis quoꝝ ꝑtes reducte sũt ad tantam ꝑuitatẽ vt cuiuscũꝙ̄ eaꝝ plurimũ attingat plurimũ alteriꝰ. Alia tñ lr̃a hꝫ minimũ. ¶ Sciẽdũ p̊mo ꝙ ꝓprie loquendo cõplo nõ est mixtio nec ẽt ꝯplonatio ẽ mixtio: eo ꝙ mixtio ꝓprie ẽ corꝑis: ꝯplo v̊o ⁊ ꝯplonatio ẽ qualitatũ. mixtio. n. iportare vr̃ subalem trãsmutationẽ cõnotãdo diuisionẽ talem ad minima. cõplonatio vero ẽ accñtalis mutatio: lꝫ he mutatiões i facto ⁊ cõpleto eẽ abiuicẽ absolui non possint. ¶ Ex quo soluiꝭ ãtiqũ dubiũ. s. vtruꝫ cõplexio sit mixtio. ¶ Sciẽdũ scd̃o ꝙ idẽ ex ꝑte rei scd̃ꝫ auctores dꝭ ꝯplo: sanitas: ⁊ calor nãlis. Cõplo qdẽ iquãtũ resultat ex qualitatibꝰ Sanitas vt bonaꝝ ẽ oꝑationũ istrumẽtale p̊ncipiũ. Calor v̊o nãlis dꝭ ꝑ quãto i eo formalr vel v̊tualr dñaꝭ calor. Ex calido eni: frigido: hũido: ⁊ sicco est mixtio caloris nãlis. vt Gal. in libro de tremore ⁊ rigore. ¶ Notãdũ tertio ꝙ dupl̃r imaginari possumus extremis qualitatibꝰ eltoꝝ cõplonẽ mediã ꝓuenire. Primo mediã ꝑ participationeꝫ imaginãdo. s. cõplonẽ nõ eẽ aliquã vnã qualitatẽ a qualitatibus elemẽtoꝝ spẽ distinctã: ꝫ eẽ aggregatũ ex illis sic adiuicem refractis: qualiter tepiditatẽ diceremꝰ eẽ ꝯplonẽ mediã inter calidũ ⁊ frigidũ. scd̃o imaginari possumꝰ ipaꝫ eẽ mediaꝫ iter qualitates elemẽtoꝝ ꝑ abnegationẽ imaginando ꝙ q̄litatibꝰ elemẽtoꝝ refractis ad mediũ reductis gñaꝭ vna qualitas media a q̄litatibꝰ eltoꝝ specifice distincta simplex per priuationẽ ꝯpõnis eiꝰ ex ꝑtibꝰ diuersarũ rõnũ: que licꝫ nõ sit formalr caliditas nec frigiditas: est tñ illaꝝ qualitatũ virtualr cõtẽtiua: corruptiua: ⁊ ꝓductiua: ita vt sit potẽs aliqd̃ subiectuꝫ calefacere ⁊ aliqd̃ ifrigidare: sicut lux i mixtis repta ꝙ̄uis non sit formalr calor: est tñ caloris productiua. Si ꝫ itelligiꝭ ꝯplonẽ eẽ mediã primo mõ i diffinitiõe exponaꝭ ꝓuenit. i. resultat. Si aũt scd̃o mõ ad complemẽtum diffinitionis oꝫ supplere imediate. ⁊ hoc ad dr̃iam aliaꝝ secũdaꝝ qualitatũ: vt coloris saporis: q̄ licꝫ ꝓueniãt ex actione ⁊ passiõe qualitatũ ⁊c. nõ tñ imediate ꝫ ꝑ prius ex tali cõmixtiõe resultat ꝯplo: ⁊ ꝯsr ad ꝯplonem ꝓducunꝭ alie qualitates secunde: que aũt istaꝝ imaginationum sit rõni conformior videbitur i questione. ¶ Sciẽdũ quarto cõplonẽ eẽ duplicẽ primã. s. ⁊ secũdã. vt scd̃o can. p̊mo ca. Prima ẽ que imediate resultat ex elemẽtis ⁊ nõ ex ꝯplonatis. scd̃a v̊o ecõtra. In ꝓposito aũt dixit Mõdinꝰ ꝙ qdã antiqui diffinierũt tãtũmodo complexionem primam. Ego aũt puto scd̃m mẽtem Aui. hic describi vtrãꝙ̄. qꝛ cõplo ois siue prima fuerit siue secũda prouenit ex qualitatibus elemẽtoꝝ. Cũ scd̃m Aui. in mixtis oibus maneant formaliter elemẽta. ¶ Ex his colligi põt intellectus diffinitionis posite. nam per ly qualitas exprimitur genus per qd̃ differt ꝯplo a forma mixti q̄ non est qualitas. sed per ly prouenit ex actione differt a qualitatibꝰ simplicibꝰ elemẽtoꝝ per ly imediate differt a qualitatibus secũdis alijs. Si aũt exponaꝭ ꝓuenit. i. resultat differt per hoc idem ab eis: cũ vero subiungitur quoꝝ ꝑtes exprimitur modus quo i mixtiõe gñatur ꝯplexio.

¶ Cũ eni adinuicẽ agũt ⁊ patiuntur suis virtutibꝰ accidit i earum sũma qualitas i toto earum similis que est cõplexio.

¶ Declarat diffinitionẽ ⁊ p̊mo ostendit quid ꝓuenit ex actione ⁊ passione qualitatũ primaꝝ elemẽtoꝝ. scd̃o quid per qualitates elementoꝝ itelligit ibi. Et qm̃. Dicit p̊mo ꝙ cũ elemẽta agũt ⁊ patiunꝭ adiuicẽ suis virtutibus accidit i eorum sũma q̄dã qualitas i toto similis q̄ est cõplo. ¶ Sciendũ primo ex lr̃a colligi posse. primo nõ ex qualibꝫ actiõe q̄litatũ elemẽtoꝝ resultare cõplonẽ: ꝫ solum ex actiõe tali. vt qualitates ille ad tẽperamẽtũ mediũ reducanꝭ. ¶ Sciẽdũ scd̃o ꝙ licꝫ virtus multiplr accipiaꝭ: i ꝓposito tñ sumitur ꝓ principio istr̃ali quo forma nãlis suas ꝓducit oꝑationes: q̄liter caliditas frigiditas dicũtur virtutes elemẽtoꝝ. ⁊ dixit sũma. i. aggregatione. Hec aũt particula. qualitas i toto earum similis. põt dupl̃r exponi. Primo accidit q̄litas in toto. s. subiecto earũ. s. qualitatũ sil̃is. i. eiusdẽ rõnis. qꝛ nulla ẽ signabilis pars i mixto i qua fuerit forma aut q̄litas elementi qn fit i eadẽ cõplexio mixti. Scd̃o exponiꝭ accidit qualitas i toto. s. subo similis eaꝝ. s. q̄litatũ elemẽtoꝝ. itelligatur aũt sil̃is. s. proportionalis scd̃m denominationẽ. scd̃ꝫ enim qualitates denominãtes i sũma qualitatũ elemẽtoꝝ denominatur cõplo resultãs ex illis. Nã si dominaꝭ caliditas resultat exinde ꝯplo calida. ⁊ si frigiditas ꝯplo frigida.

¶ Et qm̃ virtutes prime que sũt i elemẽtis p̃dictis sũt quatuor caliditas: frigiditas: hũiditas: ⁊ siccitas: tũc manifestũ ẽ ꝙ cõplexiones in corporibꝰ gñatis ⁊ corruptis sũt per eas.

¶ Declarat secũdũ dicẽs ꝙ qꝛ v̊tutes ꝓprie i elemẽtis inuẽte sũt quatuor. s. caliditas: frigiditas: hũiditas: ⁊ siccitas: tũc manifestum ẽ ꝯplexiões i mixtis eẽ ꝑ eas. Et ex ista lr̃a colliguntur duo. Primũ manifestatio qualitatũ ex quibus resultat ꝯplo: Supra eni dixerat cõplexiões ex qualitatibꝰ resultare ⁊ appellat eas v̊tutes iquãtũ sũt p̊ncipia actionũ ⁊ trãsmutationũ: q̄litates v̊o scd̃m ꝙ subqualificãt. Secundũ est. qꝛ ex quo cõplones mixtoꝝ sũt ꝑ illas q̄litates ⁊ iste effectiue videnꭍ cõcurrere in productiõe ipaꝝ. Cõueniens igitur est vt dominio istaꝝ qualitatũ proportiõeꝭ resultans cõplo. vt sup̃ scd̃ꝫ vnã expõnẽ. ¶ Sciẽdũ tñ ꝙ iste qualitates dñr prime nõ simpl̃r non enim sũt oibꝰ qualitatibus celestium corpoꝝ priores: ꝫ sunt prime qꝛ prima trãsmutationum nãlium istrumẽta. Aut prime qꝛ non ex alijs resultantes ꝙ̄uis alie resultent ex his.

¶ Et illud qdẽ ẽ scd̃ꝫ ꝙ oꝫ ꝑ diuisionẽ rõnalẽ cũ cõsideratiõe absoluta absꝙ̄ vlla cõparatione ad rem aliquam.

¶ Determiat diuisiue de ꝯplone. ⁊ p̊ sub itellecta diuisiõe notificat vnũ mẽbrũ. Scd̃o aliud ibi. Debes aũt scire. Primo oñdit q̄ ẽ illa ꝯplo de q̄ formatur p̊mũ mẽbrũ diuisiõis: scd̃o diuidit illã. tertio oñdit q̄lr eiꝰ ꝯsideratio ꝑtinet ad medicũ vel non ꝑtinet: scd̃a ibi: Et est duobꝰ modis. tertia ibi. Qd̃ ãt. Prio itellectu p̊me ꝑtis ẽ sciẽdũ ꝙ Aui. i dict̃ suis inuit hãc distictionẽ. Cõplo ẽ duplex. s. põderalis ⁊ iustitialis q̄ distictio ẽ sic itelligẽda apud quosdã. Cõplonẽ dupliciter cõsiderare possumꝰ. s. p̊ rõne q̄ ponderalis. scd̃o rõne qua iusticialis. Primũ ẽ cõsiderare ipam rõne põderis vel mẽsure q̄litatũ ex qbꝰ resultat. puta rõne qua calida aut frigida i p̊ vel scd̃o. ⁊ pꝫ ꝙ taliter absolute cõsiderando ꝯplonẽ itellectus diuidit cõplonẽ ab oꝑatione. i. ꝯsiderat ꝯplonẽ absolute nõ referendo ipam ad oꝑationem. Cõsiderare v̊o ꝯplonem. vt iusticialis: ẽ ipam ꝯsiderare respectiue ad oꝑationes: puta scd̃ꝫ ꝙ cõueniẽs his vel illis oꝑatiõibꝰ. qꝛ v̊o vt sic dicaꝭ iusticialis videbiꝭ i sequẽtibꝰ. Hac igiꝭ diuisiõe sub itellecta declarat Aui. p̊mũ mẽbrũ dũ dicit. Et illd̃. s. ꝯplo q̄ est qualitas ⁊c. ẽ scd̃m ꝙ oꝫ ipam ꝯsiderare ꝑ diuisionẽ rõnalẽ. ⁊ supple vno mõ cũ cõsideratione absoluta absꝙ̄ vlla ꝯparatione ad rem aliquã. ⁊ põt hec particula hr̃e multiplicem intellectũ. Primus est vt ꝑ rẽ intelligamus rẽ ad extra. ⁊ erit sensus ꝙ vno mõ põt ꝯsiderari ꝯplexio scd̃ꝫ diuisionẽ rõnalẽ. i. scd̃m diuisionẽ a rõne vel intellectu prouenientem: qꝛ intellectus cõsiderat cõplonẽ absolute non re

ferēdo ad rem ad extra. q2 nō ꝯsiderādo vtrū sit ī re repibilis aut nō. Aliqua. n. sic ꝯsiderata nō est ex parte rei dabilis vt īfra declarabit̄. Alr̄ ꝑ rē intelligim⁹ opationē cui⁹ ipa ꝯplō sit ꝓncipiū. ⁊ sūpta diuisione dicta sensus erit. Et illd̄ .s. ꝯplō pōderalis ē scd̄m ꝯsiderationē absolutā sine cōparatiōe ipi⁹ cōplōnis ad rē aliquā. i. operationē ab ea ꝓueniētē scd̄m ꝙ oꝫ ipaꝫ sic ꝯsiderare ꝑ diuisionē rōnalē. i. ꝑ diuisionē a rōne factam separātē. s. ꝯplōnē ab operatione vt dictū ē. Aliter ⁊ melius. ⁊ illud. s. qd̄ dictū ē describēdo ꝯplōnē vt supra est dictū scd̄ꝫ ꝙ oꝫ ipam considerare consideratione absoluta sine cōparatiōe ad rē. i. opationē aliquā per diuisionē rōnalē considerātez ipam absolute sine relatione ad opationē aliquā. ipam eni ꝯsiderando vt iusticialis ē oꝫ ipam referre ad opationē vt īfra patebit. ꝑꝑ qd̄ ipe subiungit ꝙ ipa sic ꝯsiderata solū. s. rōne pōderis ē duplex. s. eq̄lis ⁊ inequalis. Ex quib⁹ pꝫ p̄mo scd̄m vnā expōnē oēꝫ cōplōneꝫ denominabilē eē pōderalem. ois eni cōplō quātūcūqꝫ iusticialr̄ tēperata cōsiderari pōt absolute rōne pōderis vl̄ mēsure qualitatū ex quib⁹ ꝯsurgit ipa nō relata ad opationē. Patet scd̄o ꝙ cōplexio iusticialis nō ē alia realiter a pōderali: ꝫ solū rōne distincta. dicta ponderalis a mēsura qualitatū ex quibus ꝯsurgit. iusticialis v̄o ab opatione vel fine cuius grā mixto tributa est. ¶ Scd̄o sciēdum ꝙ de ꝯplōne pōderali duplicē possum⁹ hr̄e noticiā confusā. s. ⁊ distictā. ꝯfusā habem⁹ cognoscēdo ipaꝫ eē calidā absolute aut frigidā. distinctā v̄o cognoscēdo ipam eē calidā aut frigidaꝫ in primo vel secūdo: ⁊ vtraqꝫ illaꝝ ē ꝯsideratio ei⁹ vt ponderalis ē. Aliter ⁊ forte meli⁹ per ꝯplōnem ponderalem dicimus Aui. itellexisse ꝯplōnem resultantē ex qualitatib⁹ elemētoꝝ quoꝝ nō ē facta refractio tāta vt sit ꝓportiōata forme ⁊ opatiōib⁹ alicui⁹ mixti. nō eni imaginādū est oēm modum refractionis ꝓportionatū eē forme mixti. iducende vt postea patebit. Appellatur ergo ꝯplō ponderalis ꝯplō illa resultās ex tali refractiōe eltoꝝ q̄ ad nullius forme mixti inductionē preparat: reliqua v̄o iusticialis. ⁊ tunc exponit̄ sic lr̄a. Et scd̄m ꝙ oꝫ illā ꝯplōnē diuidere per diuisionē rōnalē. i. a rōne factā: illud. i. illa ꝯplō est vno mō cū cōsideratione absoluta siue ꝯparatione ad rem aliquā. i. formam mixti cui vel cuius opationi illa ꝯplexio corrn̄deat.

¶ Et est duobus modis. Quorum vnus ē vt sit cōplexio equalis ita vt quantitates qualitatū cōtrariarū i complōnato sint equales non supātes neqꝫ superate: ⁊ sit complexio qualitas in medio earum vere.

¶ Diuidit illā complōnē ad pōdus. scd̄o ostēdit qualiter ad hāc se dꝫ hr̄e medicus. ibi scd̄a. Qd̄ aūt. Dicit primo ꝙ hanc ꝯplōnē ad pondus dupliciter imaginari possum⁹. primo vt sit cōplō equalis ad pondus in qua q̄ꝫtitates cōtrariarū qualitatū i ꝯplōnato sint equales oino nō supātes nec

Sciendū p° superate: ⁊ sit ꝯplō v̄e in medio earum. ¶ Sciendū ē hic ꝙ quātitates qualitatū eē equales possum⁹ intelligere duplr̄ primo extēsiue. s. cū quātitate subiecti: ⁊ sic nō negaret̄ eq̄le ad pondus. Cū equalitate eni extēsiua qualitatū stat virtutū ⁊ potentiaꝝ earūdem iequalitas. scd̄o quātitates qualitatū itelligere possum⁹ equales i potētia. s. vel virtute: quā potētiā i hmōi qualitatib⁹ ponūt cōiter eē penes multitudinē forme attēdēdā. Qd̄ tn̄ aduersari puto sententie auctorū medicine ⁊ phorum: ⁊ iā declaraui positionē hāc sic abso

2° lute intellectā nō eē sustentabilē. ¶ Scd̄o sciēdū per equalitatē ponderis nō solū itelligēdā eē equalitatē quo ad mēsuras qualitatū localr̄ motiuaꝝ: ꝫ ēt alteratiuarum p̄cipue

3° quo ad suas mensuras graduales. ¶ Sciendum tertio hic duplicē repiri lr̄am. vna hꝫ quātitate qualitatū icōplexiōatarum: ⁊ exponitur. i. q̄litatū primaꝝ elemētoꝝ: que dum ad mixtionē ꝑ cōcurrūt sunt icomplexionate. vel forte vt dicit Gen. q2 fortasse cōcipit intellectus ꝙ si nulla eaꝝ ē dn̄ans aut subdominās nō sūt vere cōplōnate. scd̄a lr̄a hꝫ in complexionato. qd̄ notāter dixit Aui. q2 ad eq̄le ad pondus eē vel ꝓduci nō sufficeret q̄ꝫtitates qualitatū i principio concursus ad mixtionē eē equales nisi cū hoc ponat̄ ipas eē eq̄les i ꝯplōnato. Et notāter dixit non supantes ⁊c̄. vt ēt denotet̄ equalitas eaꝝ i potētia ⁊ virtute. Notandū aūt hanc equalitatē ponderalē dici mediā vere dici ēt mediā in vniuersa substātia. pꝫ primū. q2 vere equaliter distans ab extremis. scd̄m. q2 i ꝯparatiōe ad illud mediū oia mixta i suis denomiationib⁹ iā dictaꝝ qualitatū graduant̄. equali eniꝫ ad pondus corrn̄det nō gradus latitudinis cuiuslꝫ illaꝝ denominationū. Penes aūt distātiā a nō gradu mensuranda est cuiuslibꝫ denomiationis itētio. Est igit̄ mediū in vniuersa substātia. q2 mediū vel mēsura respectu cui⁹ semper mixta in suis denominationibus graduantur.

¶ Alter vero modus ē vt nō sit complō qualitatū ꝯtrariaꝝ media absolute. sed ad vnā magis declinet extremitatū: aut in ꝯtrarietate q̄ est inter caliditatē ⁊ frigiditatē: aut in ꝯtrarietate q̄ est inter humiditatē ⁊ siccitatē aut inter vtrasqꝫ.

¶ Declarat secundum ⁊ pꝫ lr̄a.

¶ Qd̄ aūt i doctria medicine cōsiderat̄ equale: aut extra equalitatē nō est hoc neqꝫ illud: sed medicus physico credere debet ꝙ equale secūdū hāc intentionē quā diximus ipossibile ē aliquo modo iueniri. quāto magis vt sit hominis ꝯplō: aut mēbri humani.

¶ Ostendit qualiter se hꝫ ad hoc medic⁹ ⁊ dicit ꝙ eq̄le qd̄ considerat̄ in scia medicine ⁊ extra equalitatē. i. ieq̄le nō est hoc idest equale ad pondus: neqꝫ illud idest inequale ad pōdus declinans scilicet ad aliquam extremitatem. sed medicus de equali ad pondus dꝫ credere ꝙ illud non potest reperiri absolute. quāto igit̄ magis ipolē est ipm iueniri vt sit ꝯplexio hois aut alicui⁹ mēbri hūani. ¶ Notādū ꝙ medicus inquātum medic⁹ nullā ꝯside rat ꝯplōnē nisi iquātū est alicuius opatiōis p̄ncipiū opatiuū. equale ḡ ad pōdus. q2 n̄ est p̄ncipiū alicui⁹ opatiōis a medico cōsiderabilis nō ē cōsideratiōis medici. Silr̄ iequale ad pōdus ꝯsideratū absolute nō est ꝯsideratiōis medici: de q̄ tn̄ ē duplex via. Prima ꝑ equale ad pōdus itelligit ieq̄le tale i quo nō ē ꝯplō ꝓportiōata forme vel opatiōib⁹ alicui⁹ mixti. ⁊ hūc modū credo veriorē. scd̄a via itelligit ꝙ oē ieq̄le idifferenter: q2 nullus tale vt absolute iequale ad pōdus ē ꝑtinet ad ꝯsiderationē medici. ¶ Et nō ex mō loquēdi. A. maiorē eē repugnātiā ex nā rei vt equale ad pondus sit cōplō hois aut mēbri humani q̄ꝫ sit cōplō alicui⁹ mixti alteri⁹. Et penes hūc intellectū cōcedi posset hominē plus distare ab equali ad pōdus q̄ꝫ aliqd̄ aliud mixtū vniuersi.

¶ Debes aūt scire ꝙ equale de quo medici in suis inq̄sitionibus tractāt: nō ē denomiatū ab equalitate i qua qualitas cū pondere equalr̄ existit: sed denomiat̄ a iusticia i diuisione.

¶ Declarat de equali ad iustitiā. scd̄o de iequali. ibi scd̄a. Et postq̄ꝫ. Primo quo ad hūanā spēꝫ. scd̄o q̄ ad medicias. ibi scd̄a. Debes aūt scire. Primo tractat qd ḡn̄alr̄ iportatur ꝑ nomē. scd̄o restringit ad hoieꝫ diffiniēdo. tertio diuidit. ibi scd̄a. Et hec. ibi tertia. Huic v̄o. Dicit ꝑ equale de quo medici tractāt i suis iquisitiōib⁹ nō eē denominādū ab eq̄litate i qua q̄litas cū pōdere equalr̄ existit. i. ab equalitate pōderali: ꝫ eē denominādū a iusticia i diuisiōe. i. distributiōe. iō dr̄ equale ad iusticiā. ¶ Sciēdū vt colligit̄ q̄nto ethico: iusticiā eē duplicē: cōmutatiuā ⁊ distributiuā. Dn̄t aūt q2 i distributiua attēdit̄ equalitas siue ꝓportiōalitas geometrica: vt ꝙ qualis ē ꝓportio dignitatū meritoꝝ ac delictoꝝ talis sit ꝓportio p̄miorū aut penaꝝ. Et versat̄ h̄ gen⁹ iusticie circa distributiōes honoꝝ ⁊ premioꝝ. Cōmutatiua v̄o versat̄ p̄cipue circa ꝯmutatiōes puta circa ēptiōes ⁊ vēditōes: et i hac attēdit̄ eq̄litas siue ꝓportiōalitas arithmetrica. vt quātū tibi do de vino si permutamus tu mihi tm̄ vel equalēter des de frumēto aut alia re scd̄m quā fit ꝑmutatio. Q2 ḡ ꝯplōnes idiuiduoꝝ eiusdē spēi vel spēruꝫ diuesarum aut membrorum etiam eiusdem corpis scd̄m silitudinē quādā vident̄ scd̄m hāc ꝓportiōalitatē distribute. q2 q̄ꝫtuꝫ forma alicuius spēi ꝑfectior ē: tātū eidē perfectior cōplō est tributa. Et similr̄ quātū dꝫ corp⁹ vel mēbrū ꝑfectiorē opationē ꝓducere tātū ꝑfectior sibi data ē complō. iō dn̄r ꝯplōnes iste scd̄m hāc silitudinē equales ad iusticiā: q2 sili mō distri

bute sunt mẽbris ⁊ ĩdiuiduis diuersaꝝ speꝝ vel ẽt eiusdem speĩ: sicut ea q̃ scd̃m distributiuã iusticiã distribuunt. Sicut eniꝫ ĩ recta distributiõe honoꝝ ⁊ p̃mioꝝ tãto maior honor ⁊ premiũ maius distribuit valẽti doctori q̃ꝫ scolari quanto dignior est: ita ĩdiuiduis ⁊ mẽbris quãto ad digniores opationes ordinata sũt pfectior debet cõplo. Donauit eni de⁹ cuiqꝫ aĩ ⁊ cuiqꝫ mẽbro ⁊c̃. vt in sequẽti ca. Et hãc iusticiaꝫ A. appellat iusticiã ĩ diuisiõe equali denoĩata a iusticia in q̃ sruat ꝓportionalis distributio ad sensũ datuꝫ.

¶ Et hoc est ꝙ in cõplonato ĩ p̃mis attẽditur siue sit corpus totũ: siue sit mẽbrũ vnũ: vt sit ĩ eo de elemẽtis cũ suis quãtitatib⁹ ⁊ qualitatibus mẽsura quã hũana natura hr̃e dꝫ secũdũ meliorẽ ꝓportiõis ⁊ diuisiõis equalitateꝫ.

¶ Diffinit h̃ eq̃le ꝯhẽdo ad hoieꝫ. deĩde subdit qddã. scd̃a ibi. Accidit aũt. Dicit p̃ ꝙ h̃ ẽ qd̃ ĩ cõplonato in primis attẽditur. i. ĩ cõplonato in p̃mis cõsiderat siue sit mẽbrũ siue sit corp⁹ totũ. s. vt in eo sit de elẽtis cũ suis q̃litatib⁹ ⁊ suis q̃ꝫtitatib⁹ mẽsura quã dꝫ hr̃e hũana nã scd̃m meliorẽ equitateꝫ ꝓportiõis ⁊ diuisionis. ¶ Nota aũt ꝙ dixit quãtitatibus q̃ ad molẽ: ⁊ qualitatib⁹ tã alteratiuis p̃mis q̃ꝫ localr̃ motiuis dixit mẽsura siue gradualis siue multitudinis scd̃ꝫ melioreꝫ modũ ꝓportiõis. s. illaꝝ qualitatũ ĩter se ⁊ ĩ relatiõe ad formã ⁊ diuisiõis. i. distributiõis vt ꝙ scd̃m dignitatẽ mẽbrorum sint iste mensure mẽbris diuise ptite siue distribute. vñ tertio de ꝯsolatiõe. metro nono. ait Boeti⁹. Tu nũeris elemẽta ligas ⁊c̃. ¶ Sciẽdũ scd̃o ꝙ illa iustitia nõ est pũctualis: ꝫ hꝫ latitudinẽ satis amplã. vt pꝫ ꝯsideranti varietatem eiusdem corporis vel mẽbri sibi sani ĩ iuuentute ⁊ pueritia.

¶ Accidit aũt vt hec diuisio cũ hõ eã habuerit vere equalitati quam primaꝫ diximus valde sit propinquus.

¶ Subdit quoddam di. ꝙ accidit. i. sequit hic. s. ꝙ cum hõ habuerit hanc equalitatẽ ad iusticiã sit valde ꝓpinqui⁹ v̾e equalitati. s. põderali. ¶ Cõtra q̄ inter hãc pteꝫ ⁊ illã quãto magis. vt sit ꝯplo hois vr̃ ꝯdictio. ibi eni innuit ꝯploneꝫ hũanã maxime eẽ distãtẽ ab equali ad põdus: eo ꝙ sibi maxime repugnat equalitas põderalis. hic v̾o dr̃ ꝙ ẽ sibi valde ꝓpinqua. Pro illo dr̃ ꝙ nõ est sibi ꝓpinqua scd̃ꝫ situ: ꝫ scd̃m quãdã silitudinẽ: q̄ sicut equale ad põdus ẽ vere ad neutrã extremitatũ declinãs: ita eq̃litas iusticialis ad neutrã declinat mẽsurã q̃litatũ opatiõib⁹ disproportionataꝝ:

¶ Huic v̾o equalitati q̃ scd̃m hũana attendit corpora ⁊ q̃ ẽ ĩ ꝯparatione alioꝝ q̃ hãc nõ hñt equalitatem: neqꝫ hñt ꝓpinq̃tatem equalitatis quã prius nominauim⁹ quã habet homo: octo cõsiderationũ accidũt modi.

¶ Ponit diuisionẽ. scd̃o pertractat membra eius. ibi scd̃a. Primus. Primo innuit diuisionẽ. Scd̃o declarat. ibi scd̃a: Aut eni. Dicit p̃mo ꝙ huic equalitati q̃ attendit scd̃m corpora hũana ⁊ q̃ ẽ equalitas ĩ cõparatiõe alioꝝ que hãc nõ habent equalitatẽ: nec ẽt hñt equalitatis ꝓpinquitatẽ quã prius nominauim⁹ quã ꝓpinquitatẽ equalitatis hꝫ homo. Huic ĩquã equalitati accidũt octo modi cõsiderationum. ¶ Sciẽdum p̃mo ꝙ mixta alia ab hoie nõ hñt equalitateꝫ ita pfectã sicut hõ: q̄ cũ non habeãt formã eq̃ pfectaꝫ: nec eis eque pfecte operatiões debent sicut homini: nec debetur eis eq̃ pfecta eq̃litas. forme eni distincte ⁊ opatiões distincte distincta exigũt tẽperamenta. Et per idem pꝫ ꝙ nõ hñt ꝓpinq̃tatẽ ad equale ad põdus quã hꝫ hõ scd̃ꝫ silitudinẽ declaratã ⁊ inferius magis declarãdam. Nõ tñ ꝙ lꝫ solus hõ ꝯpat⁹ aliis mixtis habeat hãc eq̃litatẽ: q̄ pfectioꝝ ẽ opationũ: cuiuscũqꝫ tñ speĩ alteri conuenit eq̃litas sibi ppria: vt ĩfra distinctius ostendet. ¶ Scd̃o nõ ꝙ equale ⁊ ĩequale dicuntur ad alterũ. Ideo quot modis dicit aliquid equale totidẽ ⁊ inequale. Sicut igitur octo sũt modi equalitatis vt ĩfra ostẽdetur ita ĩequalitatis. Nõ ergo ꝙ p octo modos equalitatis nõ sũt ĩtelligẽde octo spẽs cõplonum equaliũ abĩuicẽ realiter distinctarũ. in vno enim indiuiduo simul hi oẽs repiri possũt. ⁊ idẽ tẽpamẽtũ oib⁹ his modis denominari. Sũt ꝗ octo modi ꝯsiderãdi cõplexionem hũanã scd̃m quos p idem tẽperamẽtũ corp⁹ idẽ variis modis consideratur vel denominatur equale.

¶ Aut enim erit scd̃m spẽm cõparatã ei q̃ ab ea diuersificat ⁊ est alia ab ea.

¶ Ponit mẽbra diuisiõis q̃ sũt octo. Prim⁹ modus equalitatis est qñ cõparatur spẽs hũana speĩ q̃ diuersificatur ab ea ⁊ est alia ab ea. Exẽpli grã hõ hꝫ optimam equalitatem respectu asini vel alteri⁹ mixti. ĩ hac cõparatione cõparatur spẽs ad spẽm absolute ⁊ nõ p determinatũ ĩdiuiduũ ⁊ hec ẽ prima cõsideratio siue p̃m⁹ modus. ¶ Et sciẽdũ ꝙ hũana spẽs differt ab aliis substãtialr̃ ⁊ acc̃ntalr̃: ⁊ vtrãqꝫ conditionẽ tetigit Aui. primã dũ dixit diuersificat. scd̃am dũ dixit ⁊ est alia ab ea. ¶ Sciẽdũ scd̃o hunc modũ appellari ab Aui. specificũ: q̄ ĩ hoc fit ꝯpatio speĩ ad speꝫ ⁊ nõ indiuidui. Et ex hoc pꝫ sub hoc p̃ mõ equalitatis cõtineri oĩa ĩdiuidua humana speĩ quãtũlibet egra vel lapsa.

¶ Aut scd̃m spẽm cõparatã ei qd̃ est diuersũ ab ea ex eo qd̃ est in ea.

co cuz separat̄ ad anteriora tendit ⁊ ad latus: ⁊ alte
ra vadit primo ad añriora ⁊ descēdit: ⁊ postea ascē
dit ⁊ reuoluitur super furculam: deinde eleuatur ⁊
manifesta ascendit super collum donec ad primam
partem peruenit: ⁊ miscet̄ cū ea: ⁊ fit ex eis guidez
manifesta que ē scita. Uerūtamē anteqꝫ cum ea mi
sceat̄ separāt̄ ab ea due partes: quaꝝ vna ad latitudi
nem tendit: deinde sibi apud furculā duaꝝ obuiatio
num obuiant in loco ꝓfundo. Et scđa in collo mani
festa transuersat̄: ⁊ duo eius imparia nō post hoc si
bi obuiant. Et ex istis qdem duobus imparib⁹ rami
separant̄ araneales qui sensui nō subiacent. Ex sum
ma aūt ramorum istius secundi paris ꝓprie tres ve
ne iam separate fuerūt sensu ꝑcepte quātitatē haben
tes: ꝫ alie sunt nō ꝑcepte sensu. vna vero harū vena
ruz sup spatulā extēdit̄: ⁊ ipsa est que vocatur spatu
laris ex qua est cephalica. Et due ad duo istius spa
tularis latera ipsam vsqꝫ ad caput spatule simul co
mitantes. vna vero earum ibi torquetur vt serpēs:
⁊ non pertransit eam: immo ibi spargitur: sed secun
da anterior earum eam pertransit ad caput adiuto
rij ⁊ ibi spargitur. spatularis quoqꝫ eas ambas per
transit ad vltimuz quod est in manu: ⁊ hec est. Gui
dez autem manifesta postquam eius duo imparia
miscentur in duas diuiditur partes: quarum vna oc
cultatur: ⁊ separantur ex ea rami parui: ⁊ in mandi
bula sparguntur superiore. Et alij rami multuz ma
iores istis in mandibula inferiore spargūtur. Ramo
rum autem duorum modorum partes in circuitu
lingue sparguntur ⁊ in manifesto partiuz musculo
rum qui sunt ibi positi: ⁊ pars altera manifestatur.
⁊ si locis qui sequuntur caput ⁊ aurem spargitur.
Guidez vero submersa comitatur meri ⁊ ascendit
cū eo directe: ⁊ in suo itinere dimittit ramos q miscē
tur cū ramis qui a guidez māifesta veniūt: ⁊ omnes
in meri ⁊ in epigloti ⁊ in omnib⁹ partib⁹ musculoꝝ
ꝓfundoꝝ sparguntur: ⁊ penetrat extremuz eius ad
finez adorez laude: ⁊ sparguntur illic rami a dextra:
qui in membris sparguntur que sunt inter spondilē
primā ⁊ secūdam: ⁊ īde vadit vena capillaris apud
iuncturam que est inter caput ⁊ collum: a qua rami
separantur qui ad panniculum veniunt qui est coo

periens craneum: et veniunt ad locum vbi duo emi granea sibi obuiant: et submerguntur ibi in craneo. Quod autem post harum venarum transmissionem remanet ad cranei ventrem penetrat in fine dorem laude: et inde spargitur ramus in duob⁹ cerebri panniculis ad nutriendum eos et ad ligandum panniculum durum cum eo quod est in ipsius circuitu et circa vel supra ipsum: postea egreditur ad exteriora et panniculum qui cooperit craneum nutrit: deinde a panniculo subtili ad cerebrū descendit: et in ipso dispargitur: sicut arterie dispargunt: quas omnes panniculi grossi replicatio stringit: et eas ad locū amplum qui platea vocatur defert: in quem sanguis funditur et congregatur: deinde ab eo separatur inter duas replicatiões: et vocatur torcular. Istis quoqz ramis cum ventriculo medio propinqui fiunt est necesse vt magne fiant vene: et ex torculari sugant: et ex suis vijs que ab eo separantur: deinde a ventriculo medio ad duos anteriores ventriculos tendunt: et arterijs ad locum illum ascendentibus obuiant: et texitur panniculus qui recte vocatur secundinum.

Cap. IIII. De anatomia venar manuum.

Ramum autem quod ex spatulari diuiditur vena que ē cephalica cum in rectitudine fistitur adiutorij: et in cutem et partes musculor spargitur manifestas: postea iuxta cubiti iūcturam in tres diuiditur partes: quarum vna est brachij funis: que super manifestum superioris focilis extenditur: deinde ad siluestrē inclinatur: et ad focilis inferioris gibbositatem declinans: et in eo quod in inferioribus partibus rasete siluestris vel siluestribus ē spargitur. Secūda autem ad cubiti flexionem tēdit in manifesto aseid et ramo ascellaris commiscetur: et fit inde vena nigra. Tertia autem submergitur et in profundum cum ramo etiam ascellaris miscetur. Ex ascellari vero in primis cum oritur procedunt rami: qui in adiutorio submerguntur: et in musculis q sunt ibi sparguntur: et ibi finiuntur excepto vno eorum qui peruenit ad aseid. Cūqz ascellaris circa cubiti puenit iuncturam in duas diuiditur partes: quarum vna submergitur: et ramo cephalice continuat qui profundatur cum quo parumper incedit: sed postea ab eo separatur et declinat vna earum ad domesticum: donec ad auricularem et annularem peruenit: et ad medium medij: et pars eleuatur: et in partibus manus extrinsecis que tangunt os diuiditur. Secūda autem partiū ascellaris apud aseid in quattuor partitur ramos: quorum vnus in inferioribus aseid diuiditur et ad rasetam tendit. Et secundus diuidit supra diuisiones primi: cuius diuisiones sunt sicut illius diuisiones. Et tertius similiter diuiditur in medio aseid. Quartus vero est maior eorum. et ipse est ille qui manifestatur et eleuatur a quo procedit ramus: qui ad vnum cephalice peruenit ramum: et fit ex eis vena nigra: cuius residuum est basilica: que etiam occultatur et submergitur alia vice. Vena autem nigra a domestico incipit et supra superius focile eleuatur: deinde ad siluestrē peruenit: et in duas ad laude grece similitudinem diuiditur parte: quarum superior ad extremum superioris focilis tendit: et vadit ad rasetam: et in policis dorso spargitur: et inter ipsum et indicem. Pars autē eius inferior ad extremum focilis inferioris vadit: et in tres diuiditur ramos: quorum vnus ramus ad locum tendit: qui est inter medium et indicem: et ramo qui ad indicem a superiore proficiscitur parte continuatur: et fit inde vena vna. Ramus vero ipsius secundus et ipse est sceilem procedit: et inter medium et annularem diuiditur. Et protenditur tertius ad annularem et minimum. Et isti postea coniunguntur et in digitis spargūtur.

Capitulū. V. De anatomia vene ventrē habentis descendentis.

Iam quidem compleuimus sermonē de parte ventrem habentis ascendente que est duarum partium ipsius minor. A parte vero descendente primum quod diuiditur illico cum oritur ab epate anteqz supra dorsum appodietur est rami capillares: qui ad fascias dextri renis vadūt et sparguntur in eis et in eo quod circa eas existit de interioribus ad nutriendū ea. Postea procedunt ab ea due magne vene que emulgentes vocantur et ad renes vadūt ad sanguinis aquositatem colandam. Ren enim non trahit nisi nutrimentum sui quod est sanguinis aquositas. A sinistra autem venarum emulgentium duo procedunt vene que ad sinistrum masculorum et feminar testiculum vadūt secundum modū quem in arterijs diximus. non enim alterat in hoc neqz in hoc qꝫ post diuidunt due vene que ad duos incedūt testiculos. Et illa que ad sinistrum tendit semper a sinistra har duarum accipit ramū: et fortasse in aliquibus tota ei⁹ origo erit inde. Illa vero que ad dextrū tendit raro a dextra istar duarum emulgentiū accipit ramum: immo sepe non ei cōmiscet: neqz in eo alteratur qd a rene peruēit ad testiculos: et in foramine in quo sperma digerit et albificat cum prius esset rubeum: propter multitudinem tortuositatum suarum venar et reuolutionum suarum. et qꝫ ad eas etiam peruenit a chorde. Et huiusmodi quidē vene pluri mū in virga et in collo matricis finit: quemadmodū in arterijs declarauim⁹. Postquam vero due emulgentes et ear rami nascūtur vētrem habens e vicino supra dorsum appodiatur et descēdere incipit: a qua coram omni spondili separat ramus: et in ea egredit et spargitur et in musculis qui apud eas sunt positi: et vene separant que ad duo tendūt ilia: et ad vētris musculos vadūt. Postea vene q per foramia spondilium ingrediūtur ad nucham. que cū ad extremum pueniūt spondilium in duas diuidūtur partes quarum vna ad dextram et altera tēdit ad sinistram: et vnaqueqz ipsar ad vnam tēdit coxam. Ab vnaquaqz tamē ear anteqz ad coxam pueniat decē separātur tunice: quarū vna ad duos tēdit renes. Secūde vero ear partes subtiles sunt et capillares que ad iferiora partiū siphac tēdunt. Tertia aūt i musculis spargit qui sup coxe os existunt. Quarta spargit i musculis qui sunt i ano et in manifesto ex albaui. Quinta vero ad collū matricis mulier vadit: et i ipso spargitur et i eo qd ei cōtinuat: et ad vesicam tēdit. Sed illa q ad vesicā vadit i duas diuidit partes quarum vna i vesica spargit et altera ad ipsius tēdit collum. et hec quidem pars i viris ē valde magna propter virgam: sed i mulieribus ē parua. Sexta vero ad musculos super os femoris positos vadit. Et septima ad musculos tēdit qui in rectitudine corporis super ventrē sunt positi. Et he quidem vene cū extremitatib⁹ venarū cōtinuant: quas in pectore diximus ad mirach ventris descendere. Et harum quidem venar radice egrediūtur in mulieribus vene que ad matricem tendunt. Et a duobus quidem lateribus venarum que ad matricem tendunt diuiduntur vene que ad

mamillas ascendunt per quas mamille matrici associantur. Octaua vero ad virorum ⁊ feminarum receptaculum vadit. ⁊ nona quidem peruenit ad musculos eius quod in coxa est occultum ⁊ spargitur in eis. Decima vero a parte emulgentis manifesta veniens ad duo tendit ilia ⁊ cuz extremitatibus venarum descendentium continuatur: ⁊ precipue eis que a parte mamillarum descendunt: ⁊ fit ex eis pars magna que ad nariuz musculos vadit. Quod vero ex istis remanet ad coxam tēdit vbi proueniūt rami: quorum vnus in musculis diuiditur qui supra antecedente coxe partem consistunt: ⁊ alius in musculis eius quod in coxa inferius est: ⁊ in ipsius domestico profunde: ⁊ alij multi rami in coxe profundo sparguntur. Quod autem post hoc totum remanet postquam poplitis iuncturam paruz cooperit in tres diuiditur partes quarum siluestris super cannam extenditur minorem vsqꝫ ad calcanei iuncturam. Et ipsarum media in flexione poplitis extenditur descendens: ⁊ in lacertis occulti cruris facit descēdere ramos: ⁊ in duas diuiditur partes: quarum vna occultatur in eo q̄d in interiore cruris parte existit. Altera vadit inter duas cannas extensas ad anteriorem pedis: ⁊ ramo siluestri miscetur quem nominauimus. Tertia vero ⁊ ipsa est domestica ad locum cruris venosum. declinat ⁊ extenditur ⁊ ad chaab ⁊ ad extremitatem canne maioris gibbosam: ⁊ ad pedis domesticū descendit: ⁊ ipsa quidem est saphena. Iste vero tres facte fuerunt quattuor: quarum due siluestres ad pedem veniūt a parte canne minoris. Et duarum domesticarum vna supra pedem incedit ⁊ in suppremo eius a parte minimi spargitur. Secunda vero est illa que cuz domestico ramo siluestris miscetur partis quaz nominauimus. Et sparguntur ambo in partibus inferioribus. Isti quidem sunt venarum numeri. ⁊ iam quidem membrorum consimilium habentium partes anatomiam compleuimus. Compositarum vero instrumentaliū cuiuslibet anatomiam nominabimus in dictione que eorum dispositiones ⁊ medicamenta comprehendit. Nunc de virtutibus loqui incipiamus.

¶ Doctrina sexta: cuius est sūma vna ⁊ vnuz capitulum.

¶ Summa est de virtutibus cuius sex sunt capitula.

¶ Capitulum primum Summe que est doctrine sexte que est dictionis prime quod est de generibus virtutum secundum sermonez vniuersalem.

Virtutum ⁊ operationum adinuicez alie ex alijs cognoscuntur. Omnis enim virtus operationis existit initium: neqꝫ aliqua operatio prouenit nisi ex virtute. Ideoqꝫ vtrasqꝫ in vno posuimus capitulo.

¶ Post doctrinam membrorum sequitur doctrina de virtutibus ⁊ operationibus: in qua primo ponit generalem diuisionem virtutum in sua genera. secundo determinat de vno quoqꝫ genere. ibi secunda. Virtutum autem naturalium. ¶ Primo ostendit simul tractandum esse de virtutibus ⁊ operationibus. secundo exequitur ponendo generalem diuisionem virtutis ⁊ operationis. ibi. Virtutum autez genera ꝛc. ¶ Primo arguitur sic. virtutes ⁊ operationes mutuo se manifestant ⁊ notificant ⁊ adinuicem cognoscuntur virtutes per operationes: ⁊ econtra. igitur simul de eis in vno capitulo determinandum est. assumptum probatur. quia virtus est principium operationis: ⁊ operatio est effectus virtutis. quia non prouenit nisi a virtute. ergo virtus per operationem cognoscitur: ⁊ econuerso. ¶ Sciendum primo apud auctores virtutem multipliciter sumi. quia aliquando pro quocunqꝫ principio principali vel instrumentali actiuo vel passiuo alicuius operationis: ⁊ sic qualitates primas ⁊ secundas ⁊ formas substantiales tam simplicium q̄ compositorum virtutes vocamus. vnde supra capitulo de complexionibus. Cum enim agunt ⁊ patiuntur suis virtutibus elementa ꝛc. Secundo sumit virtus pro forma specifica qualiter attractionem aliquaz dicimus fieri a calido: aliquam a vacuo: ⁊ aliquaz a virtute: idest forma specifica. Tertio sumitur virtus pro habitu rei perfectiuo quo redditur res bona ⁊ vt sibi conuenit operatiua: sicut oculum visiuum bonum dicimus cum bene potest in operationem debitam. ⁊ sic ab Aristote. generaliter describitur virtus. Virtus est que habentem perficit ⁊ opus eius bonum reddit. Quarto sumitur virtus pro quocunque habitu anime laudabili. ⁊ sic diuiditur virtus in virtutes intellectiuas ⁊ mortales ⁊ nullo istorum modorum sumitur hic. ¶ Ultimo sumitur virtus pro potentia anime per quam redditur anima potens ad suas actiones producendas. ⁊ sic sumitur in proposito. Cuius communis descriptio est. virtus est potentia anime animatis rebus essentialiter seu naturaliter attributa ad proprias animatorum actiones peragendas: ¶ Sciendum secundo q̄ per operationem non debemus hic intelligere operationem proprie dictaz distinctam contra iuuamentum. sed indifferenter omnem operationem animato corpori inquantū animatum est attributuz: sicut sunt animales naturales ⁊ vitales operationes. nulla enim talis operatio prouenit nisi a virtute. ¶ Sciendum tertio q̄ notitia in doctrina demonstratiua reperitur duplex: scilicz q̄ ⁊ propter quid. prima est qua ex effectu causaz comprehendimus. secunda vero econtra. Et quia causa est prior effectu. ideo notitia effectus per causam dicitur notitia a priori: econtra vero a posteriori. virtutes igitur cognoscuntur per operationes notitia. quia eo q̄ nperationes sunt effectus virtutuz. Et econuerso operationes cognosci possunt per virtutes notitia propter quid. Que autem istarum notitiarum sit perfectior ⁊ que facilior considerare pertinet ad superiorem artificem. ¶ Sciendum vltimo q̄ per capitulum quidam hic intelligunt sententiam. Alij per capitulum intelligunt presens capitulum in quo simul generaliter distinguit operationem secundum distinctionem virtutis: ⁊ econtra. Alij tamen dixerunt. q̄ quia virtus in sua ratione formali includit operationem ⁊ operatio in sua ratione formali includit virtutem: non possumus distincte comprehendere quid sit virtus: nisi intelligamus operationem in ordine ad quam virtus suam recipit denominationez: ⁊ ecōtra. ideo necesse fuit vtrisqꝫ poni in vna determinatiōe. ¶ Per idem patet alia causa quare virtus per operationem ⁊ operatio per virtutem cognoscitur.

¶ Virtutum autem genera ⁊ operationuz ex eis prouenientium apud medicos sunt tria. Que sunt genus virtutum vitalium: ⁊ genus virtutum naturalium: ⁊ genus virtutum animalium.

¶ Ponit generalem distinctionem virtutum secundum sententiaz precipue medicorū. scd̄o in hoc ostendit varias sententias quorundam philosophorū ⁊ medicoruz ex vna parte: ⁊ Aristo. ⁊ sequentium suorum ex alia parte. ibi secunda. Ex multis quidez. ¶ Dicit primo q̄ apud medicū tria sunt genera virtutum: ⁊ similiter tria sunt genera operationuz ex virtutibus prouenientium: scilicet genus virtutum ⁊ operationum vitalium: naturalium ⁊ animalium. ¶ Sciēdum primo q̄ virtus de qua est sermo in proposito ⁊ similiter operatio sufficienter diuiditur in hec tria genera. quia nulla est operatio vel virtus quin sub aliquo istorum trium generuz comprehendatur. Nulla enim est operatio vel virtus que

non sit animalis naturalis vel vitalis. ¶ Sciendum secun-
do ꝙ hec diuisio: licet videatur alia a diuisiõe posita ab Ari
stotele secundo de anima. in vegetatiuũ sensitiuuꝫ ⁊ appeti
tiuum ⁊ secundum locum motiuum ⁊ intellectiuum. ad illaꝫ
tamẽ aliquo modo reduci potest: eo ꝙ sub vegetatiuo com
prehenditur naturalis ⁊ vitalis. infra enim declarabitur ꝙ
virtus vitalis nõ constituit genus virtutis per se distinctuꝫ
a vegetatiuo: sed est species ⁊ modus eius. sub animali ve-
ro continetur sensitiua ⁊ secundum locum motiua ⁊ appeti-
tiua: ⁊ aliquo modo intellectiua pro quanto ad eius opera-
tiones actus sensitiuos iteriores essentialiter presupponit:
quanuis de rationali vt rationalis est ad medicuꝫ non per-
tineat considerare cum non sit organica virtus. ¶ Scien-
dum tertio ꝙ sicut diuisio operationum proportionatur ⁊
⁊ correspondet distinctioni virtutum: ita eideꝫ proportiona
tur distinctio spirituuꝫ q̃ sunt instrumenta virtutuꝫ. sicut.n.
sunt tria genera virtutum ita sunt tria genera spirituum vita
lium: scilicet animalium ⁊ naturalium. ¶ Et nota ꝙ notan-
ter dixit apud medicos. virtutem enim vitaleꝫ Aristoteles
Auer. ⁊ plures alij non distinxerunt contra virtutem natu
ralem: vt infra declarabitur.

**¶ Et multis quidem philosophorum ⁊ medi
cis omnibus: ⁊ precipue Galieno videtur ꝙ
vnaqueqꝫ virtutum membrum principale ha
bet quod eius existit minera ⁊ a quo ei⁹ pro-
cedunt operationes.**

¶ Ostendit varias sententias circa membra diuisionis posi
te. Primo ponit sententiam quorundaꝫ medicorum ⁊ philo
sophoꝝ. Secũdo sententiã Aristo. ⁊ sequẽtiuꝫ euꝫ. Tertio
comparat istas sententias inter se. ibi secunda. Omnibus
autem philosophis. ibi tertia. Preterea cuꝫ. ¶ Primo ponit
generaliter primam sententiam. secundo ipsaꝫ magis specia
liter declarat. ibi. secunda. Et videtur eis. ¶ Dicit primo
ꝙ multis philosophorum ⁊ medicis quibusdam antiquis
⁊ precipue Galie. videtur ꝙ vnaqueqꝫ virtutum iam dicta
rum habet membrum vnum principale qđ existit eius mine
ra ⁊ a quo procedunt eius virtutis operatiões. ⁊ sic aliquo
modo erit distinctio membrorum principalium secundum
distinctionem virtutum. ¶ Scienduꝫ primo ꝙ isti philoso
phi fuerunt Plato ⁊ platonici. medici auteꝫ fuerunt Hypo
cras ⁊ Galie. ⁊ alij multi. Plato enim dicebat ꝙ virtus itel
ligibilis est in cerebro: concupiscibilis in corde: ⁊ naturalis
in epate: vt dicit Auer. tertio de anima: commẽto septimo.
¶ Sciendum secundo ꝙ membruꝫ principale dicitur prin
cipium virtutis. est enim principiuꝫ inquantum ab eo velut
a fonte vel radice dependet illa virtus. dicitur autem mine
ra methaphorice. Nam sicut locum aliquem dicimus alicu
ius metalli mineraꝫ. quia in ipso sicut in fonte reperitur vir
tus illius metalli generatiua ⁊ cõseruatiua: ita minera virtu
tis vitalis dicitur cor. quia in ipso reperitur virtus illa sicut
in radice spiritus vitalis generatiua. ⁊ quia in corde virtus
illa sustentatur ⁊ fundatur. ideo cor dicitur illius virtutis se
des. ⁊ quia per ipsum exit hec virtus in actum ⁊ operatõeꝫ.
ideo quantum ad hoc dicit eius organum. consimile dicitur
de animali ⁊ naturali respectu cerebri ⁊ epatis.

**¶ Et videtur eis ꝙ virtutis animalis sedes sit
cerebrum: ⁊ ipsius ab eo proueniant opera-
tiones.**

¶ Declarat specialiter hanc antiquam sententiam. ⁊ primo
quantum ad virtutem animalem. secundo naturalem. tertio
vitalẽ. ibi secunda. Et ꝙ naturalis. ibi tertia. Vitalis vero.
¶ Dicit primo ꝙ istis videtur ꝙ cerebrum sit sedes ⁊ prin
cipiuꝫ virtutis animalis: ⁊ ꝙ ab eo tanquam a principio pri
mo huius virtutis in genere membrorum proueniunt ope
rationes animales. voluit enim plato ꝙ sicut cor est primũ
principium virtutis vitalis: ita cerebruꝫ animalis: ⁊ epar na
turalis.

**¶ Et ꝙ virtus naturalis duas habet species:
⁊ vna species est cuius finis est custodire in-
diuiduum ⁊ conseruare ipsum: que ministrat
in re nutrimenti quousqꝫ ad finem crescentie
eius nutriat corpus. ⁊ huius quidem speciei
sedes ⁊ operationũ ipsius ꝓcessus ẽ epar.**

¶ Declarat idem quantum ad virtutem naturalem. ⁊ primo
ponit quandam diuisionem declarando vnum membrum
illius diuisionis. secundo declarat secundum. secunda ibi.
Altera vero. ¶ Dicit primo ꝙ videtur eis ꝙ virtus natu
ralis habet duas species. vna est cuius finis est conseruare
indiuiduum que ministrat in re nutrimenti quod nutrit cor
pus vsqꝫ ad fineꝫ crescentie eius. Et subdit ꝙ sedes huius
virtutis ⁊ processus operationum eius est epar. ¶ Scien
dum primo ꝙ hec virtus ministrat in re nutrimenti duplici
ter. Primo quia hec virtus generat materiaꝫ ex qua perfici
tur res nutrimenti: scilicet nutricatio: generat enim sangui
nem ⁊ humores. Secũdo quia cuꝫ hoc ministrat instrumen
tum quo perficitur actus nutricationis: scilicet spiritum na
turalem: ⁊ sic ministrat materiam ⁊ efficiens nutrimenti.
¶ Sciendum secundo ꝙ hec littera vsqꝫ ad finem crescen
tie exponitur multipliciter. primo quia nutrimentum nutrit
corpus nutricatione ducente ad perfectionem. Alij dicunt
ꝙ quia vsqꝫ ad fineꝫ crescentie maxime manifestatur actus
virtutis nutritiue restaurando: scilicet plusquaꝫ deperdat.
ideo hoc tanquam manifestius ⁊ notius expressit dans per
illud alia intelligere. Alij vsqꝫ ad finem crescẽtie: scilicet in
clusiue. Finis enim crescentie est etas declinatiua. quia nu
trit vsqꝫ ad etateꝫ declinatiuam inclusiue. quia quandiu vi
uit animal tãdiu nutrit. ideo dixit: Nutrit corpus vsqꝫ ad fi
nem crescentie: idest vsqꝫ ad etatem sequentem crescentiã.
¶ Ex quibus patere potest conuenientia ⁊ differentia in-
ter principatum cerebri ⁊ epatis. conueniunt eniꝫ primo: qr
vtrunqꝫ generat spiritum ⁊ ipsum genitum influit. secundo
quia vtrunqꝫ conseruat indiuiduum. differũt autem primo
quia magis cõmunis est influxus epatis q̃ꝫ cerebri. cuicũqꝫ
enim influitur animalis virtus influitur naturalis: sed non
econuerso: cum virtus animalis sit perfectio posterior natu
rali. secundo differunt. quia cerebrum datur membris solũ
principium effectiuum operationum animalium: epar vero
principium effectiuum naturalium: ⁊ cum hoc dat materiã.
tertio differunt. qr influxus epatis saltem corpore naturali
ter se habente est continuus: cerebri vero nõ: saltem quo ad
omnia mẽbra influxus cerebri receptiua.

**¶ Altera vero species est cuius finis est spe-
ciem conseruare que est ministrãs in re gene
ratiõis ⁊ separat ex humoribus corporis sper
matis substantiam: deinde ipsuꝫ informat sui
creatoris precepto. Et huius quidem speciei
habitatio ⁊ operationum ipsius prouentus
sunt testiculi.**

¶ Declarat secundum membrum dicens. ꝙ altera species
virtutis naturalis est cuius finis est custodire specieꝫ: ⁊ ista
est ministrãs in re generationis: ⁊ separat substantiam sper
matis ex humoribus corporis: deinde ipsum informat pre
cepto sui creatoris. ⁊ subdit ꝙ hui⁹ virtutis habitatio ⁊ sua
rum operationum prouentus ⁊ perfectio est in testiculo.
¶ Sciendum primo ꝙ finis generatiue virtutis est custo-
dire speciem. eius enim propria operatio est sperma ⁊ spiri
tum gignitiuum generare que vt supra genologiam cõser-
uant: quanuis etiam non sit negandum quin etiam alie vir
tutes concurrant ad speciei conseruationem. ¶ Secundo
sciendũ ꝙ hec virtus reperta in testiculis ministrat in re ge
neratõis. i. in fine vel termio qui terminat generatõeꝫ q est
fetus productio: ministrat enim in hac re. quia generat sper
ma quod secundum sententiam Galie. est materiale ⁊ effe-
ctiuum principium generationis. Aliter per rem generatio
nis intelligi potest principium generationis qđ est sperma:
ministrat enim hec virtus spermatis materiam attrahendo
⁊ separãdo ex humoribus corporis. ¶ Ex quo patet virtu
tem hanc simul secundum diuersos actus eius ministrantẽ
esse ⁊ ministratã. Qualiter autem hec vera sint videbitur in
dubijs litteralibus. dixit autem. Informat ipsuꝫ sui creato
ris precepto. quia actio illa videtur mirabilis ⁊ diuina aut
propter colchodeam siue datorem formarum quem posuit

Auicenna. ¶ Sciendum tertio ꝙ virtus generatiua est duplex: sicut duplex est principalis actus virtutis generatiue. vnus est productio spermatis prolifici: alter actus est productio substãtie fetus. vna igitur virtus generatiua est que producit sperma: ⁊ hec subiectiue fundatur in testiculis. Altera vero est virtus fetus formatiua ⁊ hec subiectiue fundatur in spermate. Primam videtur tetigisse Auicenna dum dixit. Separat ex humoribus substantiã spermatis: secũdã dum dixit. Deide informat ipsuꝫ sui creatoris precepto: dũ ex parte eius corpulenta generantur membra fetus. hec tamen expositio videtur pati instantiaꝫ tangendaꝫ in dubijs. ¶ Aliter põt exponi littera vt hic solum notificet virtuteꝫ spermatis generatiuam que primo per virtutem attractiuã sibi ministrantem separat materiaꝫ spermatis ⁊c. deinde informat ipsum ⁊c. quia imprimit in ipso virtutem formatiuam fetus.

¶ Uitalis vero virtus est illa que spiritus esse conseruat qui sensus ⁊ motus vehiculum existit: ⁊ ipsum reddit aptum ad eorum impressiones recipiendas cum ad cerebrum peruenit: ⁊ facit ipsum potentem dandi vitam vbicunꝗ expanditur. ⁊ huius quideꝫ virtutis sedes ⁊ operationis ipsius processus est cor.

¶ Notificat tertium genus secundum sententiam medicorũ taꝫ quo ad operatões ꝗ quo ad organũ. ¶ Et dicit primo ꝙ virtus vitalis est illa que cõseruat esse spiritus qui est vehiculum sensus ⁊ motus: ⁊ facit ipsuꝫ potentem ad recipiendum eoꝝ impressiones: scilicet sensus ⁊ motus quando peruenit ad cerebrum ⁊ facit ipsum potentem ad dandum vitã vbicunꝗ expandit. ¶ Dicit secundo ꝙ sedes huius ⁊ principium sue operationis ⁊ processus est cor. ¶ Sciendum primo ꝙ intentio Platonis ⁊ Galie. fuit ꝙ tria principalia per suas virtutes influunt tres spiritus: per quorum vnum ⁊ virtutem in eo impressam conseruat vita sumpta pro actu primo in membris ad que peruenit. quia per ipsum conseruatur presentia anime in membris. per aliaꝫ vero conseruatur potentia transmutandi alimentum in substantiam aliti secundum aliam ⁊ aliam nature exigentiam: per aliam vero conseruatur habilitas membrorum ad operationes sensus ⁊ motus. Prima virtus appellatur vitalis. secunda naturalis. tertia animalis. Dicit igitur virtus vitalis. quia conseruat actum primuꝫ vite que est anima. ¶ Ex quo patet ꝙ sicut prius ẽ membra viuere ꝗ nutriri ⁊ nutriri ꝙ sentire: ita virtus vitalis est natura prior naturali ⁊ naturalis animali. ¶ Sciendum secundo ꝙ vitalis virtus non solum conseruat esse spiritus vitalis: sed etiam cuiuslibet alterius. cum enim generet ⁊ conseruet vitalem ⁊ ex vitali pendeant naturalis ⁊ animalis: seruat etiaꝫ spiritus naturales ⁊ animales. Et nota ꝙ spiritus naturalis ⁊ animalis non dependent solum ex vitali tanquaꝫ ex materia ex qua fiunt: sed etiam tanquam ex efficiente. cum eniꝫ vita pro actu primo prior sit naturaliter virtute naturali ⁊ animali: si a vitali spiritu dependet effectiue vita in membris: ab eodem etiaꝫ dependet naturalis ⁊ animalis virtꝰ: ⁊ consequenter spiritus. A quocunꝗ enim pendet prius ab eodem pẽdet posterius. ¶ Sciendum tertio ꝙ spiritus vitalis potest dici vehiculum sensus ⁊ motus tripliciter. primo quia est sicut materia spiritus animalis: materia auteꝫ potest dici vehiculũ forme: ⁊ hoc tangitur in littera dum dicit. Reddit eũ potentem ad recipiendum impressiones eoꝝ cum ad cerebrum peruenerit. Quãuis enim spiritus naturalis ad cerebrum perueniat: non tamen recipit impressiones sensus ⁊ motus. quia epar non generat spiritum preparatum ad hoc: ꝫ cor per virtutem vitalem generat spiritum taliter preparatum quod cum ad cerebrum peruenerit recipit impressionem per quam fit conueniens instrumentuꝫ sensus ⁊ motus. secundo potest dici vehiculum ⁊c. quia per ipsum membrum redditur preparatũ vt sit receptiuum virtutis sensitiue ⁊ motiue: ⁊ fiat sensitiuũ ⁊ mobile. Tertio quia vt infra declarabitur spiritus vitalis non concurrit ad operationes vite solum: sed concurrit tanquam principalius ⁊ generalius instrumentum etiaꝫ ad omnes alias operationes: scilicet tam naturales quã animales. virtus igitur vitalis spiritui vitali triplicem tribuit proprietatem. prima est dandi ⁊ conseruandi vitam vbicunque expanditur. secunda est aptitudo ad recipiendum impressiones sensus ⁊ motus. tertia est preparare membruꝫ in quo recipitur ad sensum ⁊ motum. Et possumus addere quartam si volumus: scilicet potestas concurrendi ad omnes operationes tanꝗ generale instrumentum.

¶ Omnibus autem philosophis maiori: idest Aristoteli videtur ꝙ omnium istarum virtutum vel operationum principium existit cor: sed primarũ operationũ eaꝝ manifestatio in his predictis existit principijs.

¶ Declarat sententiam Aristo. circa diuisionem dictam que diuersa est ⁊ opposita sententie platonicorum ⁊ medicoruꝫ. Secundo exẽplificat. ibi. Quemadmoduꝫ. ¶ Dicit primo ꝙ maiori omniũ philosophorũ: idest Aristoteli videtur ꝙ cor sit istarum trium virtutum principium primum in genere membrorum: sed manifestatio operationum primarum istarum virtutum existit in istis tribus principijs enumeratis a platonicis ⁊ medicis. In corde enim manifestantur operatiões virtutis vitalis. In epate nãlis. In cerebro animalis: lꝫ originaliter a corde dependeant.

¶ Quemadmodum apud medicos cerebruꝫ est sentiendi principiuꝫ: ⁊ post hoc quisꝗ sensus per se habet membrum in quo eius apparet operatio.

¶ Deinde hoc exẽplariter declarat dicẽs: qꝛ secũduꝫ sententiam medicorum cerebrum est principium operationuꝫ sensus ⁊ motus. ⁊ sic est principium primum operationis visiue ⁊ auditiue: ⁊ iste operationes non manifestantur in cerebro: immo quilibet sensus habet organum in quo virtute cerebri manifestantur sue operationes: sicut in oculo visiua: ⁊ in aure auditiua. ¶ Sciendum ꝙ ex ista littera Auicẽna secundum sententiam Aristo. patet responsio ad questioneꝫ. qua queritur vtrum tantum vnum sit principale membrum quod sit omnium virtutum principium in genere membrorum: quia dicẽdum est ꝙ principaliter omnes virtutes fundantur in corde velut in minera: instrumẽtaliter vero ⁊ manifastatiue siue secũdario virtutis naturalis principium est epar ⁊ animalis cerebrum: quanuis enim cor in se habeat omnes istas virtutes: non potest tamen ad actuꝫ deducere nisi per instrumẽta: ⁊ non sufficit omnibus idem instrumentum: sicut artifex habens in se artes plures non põt eas ad actum ducere ⁊ opera earum manifestare nisi per diuersa instrumenta: ⁊ ita cor ad operationes animales vtitur cerebro. Ad naturales vero epe: ꝫ quantũ ad actus virtutis vitalis exequendo habet in se sufficiẽs instrumentũ.

¶ Preterea cuꝫ considerãt sicut debent ⁊ certificant inueniunt rem sicut videtur Aristoteli: ⁊ non quemadmodum ipsis videtur: ⁊ inueniunt tractatus suos extractos ex propositionibus sufficientibus ⁊ non necessarijs: in quibus non assequuntur nisi quod ex rebus apparet.

¶ Comparat has sententias inter se. secũdo ostendit qualiter cõsideratio huius diuersitatis pertineat medico ⁊ qualiter non. ibi secũda. Medico autem. ¶ Dicit primo ꝙ quando medici ⁊ platonici considerant sicut debent ⁊ certificãt sicut debent: sicut scilicet requirit exquisita veritatis inquisitio inuenient rem sicut videtur Aristo. ⁊ non sicut videtur eis: ⁊ inuenient tractatus suos: idest conclusiones extractas ⁊ conclusas ex propositionibus sufficientibus: scilicet medico ⁊ non necessarijs in quibus non exequuntur nisi illud quod apparet ad sensum ex rebus: ⁊ non quod dictat ratio naturalis aut methaphisica. ¶ Nota: conclusiones ille quas tenent medici sunt fundate super propositiõbus sufficiẽtibus. i. probabilibꝰ. Apud arabes. n. probabilis propositio vocatur sufficiens. s. medico qui sensuali experientie innitit: vt in seqnti parte declarabit. ppões aũt Aristo. fundate erãt sup ppõibꝰ necessarijs vt in omni multitudie bene

ordinata ⁊c. ⁊ multa alia inducebant que supra capitulo de
membris declarata sunt.

¶ Medico autem inquantū medicus non at
tinet vt consideret que sit harum duarum sen
tentiarum veritas: sed illud cōsiderare philo/
sophus aut physicus debet. Medicus aūt
cum conceditur ei membra hec prenominata
istarum virtutū principia existere non curat
in eo quod de esse medicationis cōsiderat an
ex alijs habeantur principijs que sunt ipsis
priora vel nō. neq; illud ex eis existit que phi
losophus non ei leuia facit.

¶ Ostendit quid considerare de hoc ad medicum pertinet
dicēs ꝙ ad medicū inquantū medicus est nō pertinet con
siderare que sit veritas harum duarum sententiarum: sed il
lud pertinet considerare ad philosophum. s. primum aut
physicum. Nam cū sufficiat medico hec prenominata mem
bra esse principia istarum virtutum: secundum quorum scili
cet lesionem ⁊ impedimentum accidit impedimentum ⁊ le-
sio distincta in operationibus illarum virtutum: non debet
tamen curare quātum ad illud quod pertinet ad actum me
dicationis: an ille virtutes profluant ab alijs principijs que
sunt priora istis vel non: neq; illud: idest illa cōsideratio est
ex his que philosophus nō facit ei leuia: quasi dicat: ista cō
sideratio est leuis medico. quia non est vtilis in opere nec
requisita. In alia littera deficit vna negatio: ⁊ est sensus: ꝙ
ista consideratio non est ex istis que philosophus facit me
dico leuia: immo ista consideratio est grauis etiam philoso
pho. ideo a medico dimittenda.

Circa presens capitulū cadunt aliqua dubia. ¶ Pri
mum de quiditate virtutis. ⁊ si hec tria gene-
ra virtutum sunt abinuicem essentialiter distincta. videtur
enim p̄mo ꝙ virtus non sit anima essentialiter. quia vna exi
stente anima virtutes plurificate sunt. vt patet in distinctio
ne generum virtutum posita ab Auicenna in littera. Et per
idem patet ꝙ ista tria genera sunt abinuicē distincta. Sed
oppositū videtur rationabiliter. quia ad producendū ope
rationes viuentis sufficit principale agens quod est anima
cum suis naturalibus instrumentis. s. complexione: compo-
sitione: ⁊ vnitate ⁊c. Non igitur oportet poni virtutē essen
tialiter distinctam ab anima. ¶ Secundum dubium. quia
non videtur ꝙ omnis operatio proueniat a virtute. In cor
pore enim nostro multi sunt motus ⁊ operatiōes vt iectiga
tio contractio in spasmo replexionali: quorū causa non est
virtus. similiter īfrigidatio stupefactio ⁊ huiusmodi nō pro
ueniunt a virtute. non ergo omnis operatio prouenit a vir-
tute. ¶ Tertium dubium est de virtute generatiua. q2 non
videtur ꝙ virtus generatiua separet substantiā spermatis
ex humoribus: quia separatio ista fit in membris in quibus
complet quarta digestio: vt vigesima tertij. capitulo de cau
sis spermatis: ab illis vero multum distant testiculi: quomo
do igit̄ possunt a tam remotis locis separare. Itē talis sepa
tio ē opatio virtutis attractiue q̄ alia ē a gn̄atiua. Itē nō vi
det̄ ꝙ virt⁹ gn̄atiua sit in testiculis. q2 pricipl'r ⁊ nālissimus
act⁹ virtutis generatiue nō ꝓuenit a virtute testiculoꝝ: vir
tus enim testiculorum non concurrit ad fetus productōē:
sed solum virtus seminis. Et notū est ꝙ illa nō est fundata
in testiculis: sed in spiritu gignitiuo ⁊c. ¶ Quartum dubiū
circa descriptionem virtutis vitalis. ita videtur spiritus vi
talis esse vehiculum operationum naturalium: sicut opera
tionū sensus ⁊ motus: vt patet discurrēdo per omnes tres
modos quibus declarabatur ꝙ spiritus vitalis est vehicu-
lum ⁊c. ergo sicut describitur spiritus vitalis per conserua-
re esse spiritus qui sensus ⁊ motus vehiculum existit: etiā di
ci potest qui operationum naturalium vehiculum existit.
¶ Quintum dubiū. videtur ꝙ virtus animalis sit vitalis.
⁊ ꝙ ita bene est potens dare vitā spiritus animalis sicut vi
talis. primo quia sensus ⁊ mot⁹ est perfectio posterior. vita
vero prior naturaliter: vt supra: sed quicq̄d habet perfectio
nem posteriorem habet priorem naturaliter. igitur ⁊c. Itē
sicut se habet virtus principij ad virtutem principij: ita vir
tus instrumenti ad virtutē instrumēti: sed in membro quod
est principium primum virtutis naturalis necessario est vir
tus vitalis. quia alias posterius absolueretur a suo priori.
igitur in instrumento proprio virtutis animalis reperitur
etiam virtus vitalis. ¶ Item quia non per aliud argumen
tum probatur superius ꝙ omnis spiritus motiuus est sen-
sitiuus: ⁊ non econtra. ¶ Itē virtus ⁊ spirit⁹ animalis con
seruat vitam. quia cōseruat cor per motum anhelitus quod
est principium vite secunda afforismorū: cōmento quadra
gesimosecūdo. ⁊ p̄ma tertij. capitulo de appoplexia. ¶ Itē
ita necessaria videtur operatio cerebri ad custodiam indiui
dui sicut cordis: sed custodire indiuiduum est conseruare vi
tam indiuidui. Et eadem vel similia argumenta adduci pos
sent de virtute naturali ex quo superius ponebat̄ posterior
naturaliter vitali. ¶ Sextum dubium. videtur ꝙ virtus na
turalis sit naturaliter prior vitali. Primo. q2 est cōmunior:
inest enī plantis ⁊ viuentibus vita vegetatiua. vitalis vero
viuentibus vita sensitiua. Secūdo. quia ab ipsa absolui po
test in aliqua parte nostri corporis virtus naturalis: ⁊ non
econuerso: quia aliqua pars nostri corporis solum viuit vt
planta. ⁊ sic in ea nō videtur virtus vitalis: quia illa non re
peritur nisi in viuentibus vita sensitiua. ¶ Septimum du
bium. quia si datur illa virtus vitalis distincta a naturali ⁊
animali videtur ꝙ vltra gradus viuentiū ab Aristotele nu
meratorum dabilis sit alius gradus. arguitur consequētia.
q2 quecunq; virtus alteri comparata non necessario sequi
tur ipsam nec econtra constituit gradum vite distinctum a
gradu vite alterius: sed virtus vitalis ⁊ naturalis sunt hu-
iusmodi. separatur enī virtus vitalis a naturali: vel separa
ri potest: vel saltē sic esse non repugnat: ex quo in nobis est
naturaliter prior. simil'r animalis a vitali in plantis. ideo ⁊c.
¶ Item quecunq; virtus cōparata ad duas virtutes qua
rum vna est naturaliter altera prior: nō necessario sequitur
ex priori nec ex ea necessario sequitur posterior: constituit
gradum vite distinctum a quolibet illorum: sed virtus vi-
talis comparata vegetatiue ⁊ sensitiue est huiusmodi: non
enī necessario sequit̄ ex vegetatiua vt patet in plantis: nec
ex ea necessario seq̄tur sensitiua: sed ē ea naturaliter prior.
igitur ⁊c.

Ad primum Communis respōsio est. ꝙ vir
tus prout proposito ꝑtinet du
plex est: scilicet principalis ⁊ instrumentalis. prima est ani-
ma dicta virtus vitalis inquantum est operationum vitali
um productiua ⁊c. Altera vero instrumentalis: ⁊ illa est in
strumentum vel temperamentum quo exit anima in iam di
ctas operationes: sicut vitalis virtus est temperamentum
anime in corde vel spiritu quo exit in operationes vitales.
Animalis vero est temperamentum quo exit in operatiōes
animales: ⁊ sic de alijs. virtus vero vitalis animalis ⁊ natu
ralis primo modo dicta non differt essentialiter ab anima:
sed secundo modo dicta differt essentialiter ab anima: ⁊ plu
rificatur ⁊ diuersificatur secundū genus anima vna existē
te. vna enim existens anima distincta requirit temperamen
ta ad producendum operationes animales naturales ⁊ vi
tales. ⁊ taliter sumendo virtutem distinguūt auctores in vir
tutes influentes ⁊ innatas. principalis enim virtus omnis
est innata vt patet: sed instrumentalis aliqua est influēs: ali
qua innata: puta temperamētum tale vl' tale. Sub hoc etiā
sensu dicunt cor influere virtutem vitalem epar naturalem
⁊ cerebrum animalem. ¶ Notum est. n. nullū istorum mem
bris influere animam: sed temperamentum ad exeundū in
tales vel tales operationes anime. Et secundum hanc res-
ponsionem patet. ꝙ preter animam complexionem ⁊ com
positionem cum quibus operatur anima non sunt in nobis
requisite potentie superaddite. ¶ Patet etiam secundum
hanc responsionem qualiter genera tria virtutum abinui
cem distinguantur vel non. ¶ Quidam tamen huic inhe
rentes vie dicunt virtutem quandoq; sumi pro eo q̄d prin
cipaliter significat hoc nomen virtus in recto: ⁊ sic virtutes
anime non sunt nisi anima: quandoq; vero pro anima cū di
spositōibus requisitis ad actiones animē producēdas: ⁊ sic
virtus nō est anima: sed aggregatū quoddā ex anima ⁊ hu
iusmodi dispōnib⁹ req̄sitis: ⁊ scd̄m hanc distinctionē r̄ndet̄
ad q̄situ vt p3. ¶ Rn̄sio aūt magis antiq̄ tenet ꝙ p̄ter aiā

⁊ dispositiones iaʒ dictas in anima distinguuntur virtutes
seu potentie fundate in ipsa que sunt proprietates quedā na
turales anime per quas mediante temperamento sibi ꝓpor
tionato anima cordis ꝓducit operationes vitales: cerebrū
vero animales ⁊c. ¶ Et cōsequenter. ꝙ ad producendum
operationem quācunqꝫ animati cōcurrit triplex principiū:
vnum principale: ⁊ illud est anima. Anima eni est illud quo
primo viuimus ⁊ sentimus ⁊c. Aliud vero est instrumentuʒ
purum ⁊ operationi proximum sicut complexio ⁊ composi
tio. Aliud vero est inter hec medium. s. principale et instru
mentale secundū quid. quia respectu anime est instrumenta
le: respectu vero complexionis est principale ⁊ directiuū. ⁊
hec est virtus vel potentia anime. Forma enim opatur per
suam virtutem: virtus vero per complexioneʒ. sicut anima
artificis in producendo opus artis est principale agēs ⁊ in
strumentum artificiale: vt securis vel maleus est instrumen
tale purum habitus vero artificis est instrumētale respectu
anime. principale vero respectu instrumenti. Anima eniʒ ꝑ
artem mouet instrumentum ad opus artis producendum.
¶ Et secundū hoc concedunt potentias anime siue organi
cas siue non organicas esse ab anima essentialiter distictas.
⁊ ꝙ sunt proprietates anime in anima fundate aut i compo
sito. ¶ Ad hoc aūt saluandum adducunt plures suasiones.
prima est. Non minus prouida debuit eē natura circa perfe
ctionem animatorum q̄ʒ inanimatoruʒ: sed res inanimatas
insigniuit virtutibus formas consequētibus distinctis a for
mis ⁊ complexionibus earum vt magneti virtutem dedit at
trahendi ferruʒ: reubarbaro vero coleram. igit etiā res ani
matas debuit similibus ⁊ adhuc nobiliorib⁹ virtutibus insi
gnire: quibus anima exeat in actiōes anime proportōatas.
¶ Itē non minoris potētie videt natura q̄ʒ cōsuetudo. sed
consuetudo dare potest anime virtutem per quā habilitat
ad actiones suas vt patet de virtutibus moralibus ⁊ intel
lectualibus. igitur natura dare potest aliquas virtutes na
turaliter insitas anime. ¶ Itē attractio que fit virtute attra
hente grossum ⁊ relinquente subtile prouenit ab anima me
diante tēperamēto ⁊ calore naturali membri ⁊ virtute: quā
formam specificam vocant. igitur ad attractionem factaʒ a
virtute concurrit triplex principium. vnū primum. s. anima.
Alterum instrumentale. s. calor naturalis. ⁊ tertiuʒ mediū. s.
forma specifica vel virtus. igit hec virtus attractiua est pro
prietas superaddita anime ⁊ calori naturali: ⁊ qua ratiōe vir
tus attractiua est sic distincta ab ea: eadeʒ ratione digestiua
retentiua. ⁊ sic de alijs. ¶ Item ab eodem membro proue
niunt mediante complexione vna ⁊ temperamēto vno ope
rationes ꝯtrarie: vt attractio ⁊ expulsio. igitur oportet has
operationes contrarias in aliqua contraria principia redu
ci: sed non in essentias anime contrarias nec temperamenta
contraria. igitur in virtutes contrarias. ⁊ sic essentia anime
vna ⁊ simplex per complexionem vnam producet actus op
positos: per virtutes tamen contrarias seu contrariorū pro
ductiuas: sicut anima artificis eodem instrumento per con
trarias volitiones ⁊ affectiones contraria opera producit:
⁊ fundatur augmentum super hec: ꝙ idem principium natu
rale vt naturale distinguitur. contra voluntarium secundū
idem non potest contrarios effectus producere. ¶ Quod
etiam ista tria genera virtutum sint abinuicem distincta sua
deri potest. primo. quia vna istarum operante alia quiescit
vt patet. de animali in somno ⁊ naturali. ¶ Item destructa
animali remanet vitalis vt in membro paralitico. ¶ Item
vna fortificata altera debilitatur vt patet. ¶ Item obiecta
diuersa habēt principia diuersa: actus diuersos: fines diuer
sos: vt pʒ discurrēdo. Si quis hec motiua soluere voluerit
facile poterit ex his que pluries tacta sunt in precedenti ca
pitulo. ¶ Ad secundum dubium conceditur in nobis fieri
operationes aliquas que communiter sumendo operatio
nem dicunt operationes: quāuis non proueniant a virtute:
sed hoc non est contra Auicennā qui sumpsit operationem
proprie vt supra notatum est. vel dic ꝙ nulle operationes
sunt debite animato inquātum animatum est quin ille a vir
tute proueniant vt patet intuenti. ⁊ sic intellexit Auicenna.
¶ Ad tertium puto nō esse verisimile ꝙ testiculi per totuʒ
corpus diffundāt virtutem per quaʒ separent ab omnibus
membris vel humoribus eorum substantiaʒ spermatis: sed
credendum est ꝙ nutrimētum quod superfluit a digestione
quarta membroruʒ reingreditur venas ⁊ pellitur a virtute
de porositatib⁹ membroꝝ ad venas capilares: ex illis etiā
ad maiores donec tandem ad uenam concauam magnam
perueniat: ⁊ tandem in vasa seminaria ad testiculos transit
illud commixtum cum materia nutrimentali debente nutri
re testiculos: vbi virtute testiculorum separat materia sper
matis a materia nutricatiōis vasorum ⁊ testiculorum ⁊ trās
mutatur in sperma: ⁊ hec voluit Auicēna. ¶ Ad confirma
tionē dicitur. ꝙ virtuti generatiue spermatis ministrat vir
tus attractiua. sicut enim virtuti nutritiue ministrat attracti
ua ⁊ retentiua ⁊c. ita ⁊ generatiue. virtus igitur generatiua
spermatis mediante virtute attractiua separat substantiam
spermatis ⁊c. ⁊ mediāte virtute retentiua retinet illud. ⁊ sic
de alijs virtutibus ministrantibus. ¶ Ad aliam confirma
tionem dicitur. ꝙ virtus testiculorum est illa que principa
liter est generatiua fetus: eo ꝙ virtus spermatis agit tāquā
instrumentum ⁊ idolum eius. ⁊ ideo licet virtus que est inte
sticulis non concurrat actualiter: concurrit tamen virtuali
ter. ¶ Ad quartum dubium conceditur ꝙ spiritus vitalis
ita est vehiculū operationum naturalium sicut sensus ⁊ mo
tus: expressit tamen de sensu ⁊ motu. primo quia sunt opera
tiones digniores ⁊ nobiliores. secundo quia manifestiores
sunt q̄ʒ operationes naturales. tertio q2 in hoc omnes con
ueniunt ꝙ spiritus animalis generatur ex vitali: non sic aūt
conueniunt de naturali: immo apud multos ambiguum est
an dandus sit spiritus naturalis distinctus a vitali. videtur
enim saluari multum principatus epatis in generando san
guinem. ¶ Ad quintum dicitur. ꝙ quicquid habet formali
ter perfectionem posteriorem: habet ⁊ formaliter perfectio
nem priorem. Non tamen necessario quicquid virtualiter
vel instrumentaliter habet perfectioneʒ posteriorem eodē
modo continet priorē: potest enim aliquis spiritus esse con
ueniens instrumentum virtutis posterioris ⁊ non prioris: si
cut spiritus oculi est conueniens instrumētum visionis. sed
non est conueniens instrumentum generationis aut nutri
cationis aut augmenti. ¶ Cōtra. sic se habʒ actus ad actuʒ
sicut virtus ad virtutem: sed virtus posterior nō potest ab
solui a priori. ergo nec actus posterior. ⁊ si sic. ergo omnis
spiritus producens actum posteriorem producit priorem.
Neganda est maior. licet enim virtus auditiua aut visiua ne
cessario presupponat tactiuam: nec ab ipsa aliquo modo ab
solui possit. hoc enim solo sensu cum alias priuatur necesse
est mori: actus tamē videndi absolui potest ab actu tangen
di. ¶ Potest tamen probabiliter sustineri ꝙ quilibet spiri
tus tam naturalis q̄ʒ animalis vitam conseruet in quantuʒ
instrumentum vitalis vel inquantum in eo aliquid de virtu
te vitali spiritus vitalis ex quo fuit genitus derelictum est.
sed hoc non concludit ꝙ sit spiritus vitalis vt patʒ. ¶ Ad
confirmationem patet negandā esse similitudinem illam vt
dictum est. ¶ Ad aliam cum dicitur. ꝙ arguitur superius
ꝙ omnis spiritus motiuus est sensitiu⁹: dicitur hoc esse ve
rum: sed illa probatio non est efficax. ¶ Ad alias confirma
tiones dicitur. ꝙ vitalis spiritus differenter conseruat vi
tam ⁊ spiritus animalis. quia spiritus vitalis per se ⁊ imme
diate: spiritus vero animalis mediate ⁊ per accidēs: vt plu
ries alias declaratuʒ est. ¶ Ad sextum dicitur ꝙ virtus na
turalis est prior communitate virtute vitali: perfectione ta
men ⁊ causalitate prior est vitalis virtus virtute naturali in
his in quibus vtraqꝫ virtus est reperibilis: sed de hoc plus
videbitur inferius. ¶ Pro alia vero confirmatione dicitur
ꝙ in nulla parte nostri corporis reperibilis est naturalis in
qua non sit etiam vitalis: vt ifra capitulo de virtute vitali.
¶ Ad septimum dicitur negando consequētiaʒ. ⁊ negatur
vlterius ꝙ quecunqꝫ virtus alteri comparata que non ne
cessario sequitur ad ipsam: nec econtra constituit graduʒ vi
te distinctum a gradu vite illius. patet eniʒ ꝙ virtus visiua
comparatur olfatiue: ⁊ non necessario sequit ex ipa nec ecō
tra. Non tamen gradum vite distinctuʒ cōstituit: q2 vtraqꝫ
continetur sub gradu vite sensitiuorum. ¶ Ad aliaʒ confir
mationem videbitur infra capitulo de virtute vitali. ⁊ patet
etiam faciliter. ¶ Similiter faciliter soluitur instantia con
tra minorem de virtute tactiua cōparata vegetatiue ⁊ olfa
tiue. Illa eniʒ non necessario sequitur ex negatiua: nec ex ea
necessario sequitur olfatiua. ⁊ tamen non constituit graduʒ
vite distinctum vt pʒ.

¶ Cap. II. Quod est de virtutibus naturalibus quibus ministratur.

Irtutum vẽro naturaliũ alie sunt que
v sunt ministrantes alie sunt que sunt ministrate.

diuersus: q̄r semꝑ corde lapso ad humidū tantū in eo est necessitas maior expellendi q̄ꝫ attrahendi. igitur semper in eo fiet maior sistole quā diastole. ⁊ per cōsequēs pulsus diuersus: ⁊ per idē ipso lapso ad siccū tantū remanet maior necessitas euentandi q̄ꝫ mundificandi vel expellendi. ⁊ per consequēs diastole maior: ꝙ aūt remanet maior necessitas euentandi pꝫ: q̄r ipso labente ad siccū tantū decrescit necessitas mūdificandi necessitate euentandi permanēte: cū ergo pus fuerint equales: q̄r tēperate sequit̄ ⁊c. ¶ Et per ideꝫ videt̄ argui posse ꝙ colerici sibi sani quantūcūq̄ꝫ ⁊ flegmatici sibi sani quantūcūq̄ꝫ pulsus esset semꝑ diuersus: eo ꝙ in colerico semꝑ multo maior esset necessitas euentandi q̄ꝫ mundificandi: ⁊ ecōtra in flegmatico. ideo semꝑ in colerico erit maior necessitas diastoles q̄ꝫ sistoles. ⁊ econtra in flegmatico. ¶ Pro isto dici pōt. p̄mo cōcedendo q̄d ex quolibet lapsu ad calidū tantū vel humidū tantū aut siccū tantuꝫ aptus est merito lapsus ꝓuenire pulsus diuersus per cōparationē ad pulsum tēperatū: istū. s. diuersuꝫ nominando: in quo quātuꝫ ad partes eius nō seruat̄ equalitas talis qualis ī temperato licet q̄libꝫ illoꝝ pulsuuꝫ posset dici equalis respectu pulsus alterius in illa complexione p̄ternaturaliter existentis: vt si sor. flegmaticus febriret putride fieret ī eo pulsus diuersus respectu pulsus sui naturalis: quoniā inter partes eius non seruaret̄ equalitas neq̄ꝫ ꝓportionalitas talis qualis erat in ipso sano: lꝫ tēpore sanitatis hēret pulsum diuersuꝫ respectu pulsus tēperati non seruantē equalitē in suis dr̄ijs qualem seruat pulsus tēperatus. ¶ Et hāc solutionē sequi opꝫ etiā sequētes viā tactā in primo notabili. Si enim inequalitas ī tactu arguitur vel argui pōt ex inequalitate ptiū constituentium pulsum eūdē totalē: hoc erit vel ex inequalitate diastoles ⁊ sistoles: q̄d negat illa positio vel tēporis motus ad gestis tempus ꝙ etiā negat vel temporꝫ quietis inter se. Cum ergo in flegmatico vel humido tantū sit amplior necessitas mūdificandi q̄ꝫ euentandi pꝫ: ꝙ quies sequēs diastolē minor erit quiete sequēte sistolē. ⁊ per cōsequēs erit pulsus diuersus. Ecōtra vero in colerico ⁊ in cōplexiōe sicca tantū. Ideo ꝓbabiliter dicit̄ cōcedēdo in colerico flegmatico calido tantū sicco tantū humido tantum frigido tantū esse pulsus inequalis vel diuersos respectu tēperati vt deducūt argumēta. ⁊ hoc merito suoꝝ lapsuū. Cuꝫ hoc tamē stat merito alterius accidētaliter ꝯtingentis ipsos posse equales fieri. ¶ Et ex hoc ꝯcludi potest primo in nulla discrasia naturali p̄ter q̄ꝫ in aliqua calida ⁊ humida frigida ⁊ sicca merito ipsoꝝ lapsuū pulsuꝫ equalē esse repibilē. In aliqua enim calida ⁊ humida ⁊ similiter frigida ⁊ sicca non repugnat tantū augeri necessitatē mūdificandi supra tēperamentū quantū augetur necessitas euentandi ⁊ etiā tantū minorari. Et hoc forte sensit Aui. secunda quarti tractatu primo capitulo de signis sumptis a pulsu dum dicit. Et scias ꝙ plurimoꝝ hominuꝫ pulsus sunt diuersi mali absq̄ꝫ egritudine. Nota tū̄ ꝙ nisi inequalitas illa fuerit notabilis hos pulsus non vocamus diuersos. ¶ Nota donec cōtingit ⁊c. postremus. i. tardus respectu sue diastolis que variatur in velocitate ⁊ tarditate: aut est citus vel citius fortis: q̄r frequens: aut velocior aut debilior ⁊c. ¶ Et si volueris dilatabis sermonem nō solū de velocitate ⁊ tarditate: sed etiā de alijs dr̄ijs exēplificādo: sed fortitudo considerationū est reducta ad has: q̄r sufficiēter de his exēplificat̄. ¶ Ex his conclude q̄s est pulsus equalis absolute q̄s equalis secūduꝫ q̄d ⁊ q̄s inequalis secundū q̄d. ⁊c. q̄ oīa in littera satis explicat' Aui.

¶ Genus autem quod ex ordinatione ⁊ inordinatione sumptū est duas habet species diuerse ordinatus ⁊ diuerse inordinatus. Ordinatus aūt est ille cuius diuersitas habet ordinem conseruatū super queꝫ transit. ⁊ est. secundum duos modos: aut ordinatus absolute: ⁊ est cū totum illud q̄d ex eo ꝓuenit nō habet nisi tantū diuersitatē vnam. aut ordinatus qui est ꝓp̄rie ⁊ ipse ē qui habet duas diuersitates aut plures sicut si ibi eēt circulus ⁊ alī circulus ab eo diuersus: sed ambo ad suum redirent ordinem sicut si esset vnus circulus. ⁊ inordinatus est qui est ei contrarius. Cunq̄ꝫ certificaueris inuenies ꝙ hoc decimum genus est sicut esset noni generis species intrās sub inequali.

¶ Primo nota per pulsum ordinatum in proposito duo intelligere possumus. p̄mo omneꝫ pulsum inter cuius partes priores. s. ⁊ posteriores ē debita habitudo vel dependētia. Ordo eni ē posterioris ad prius debita dependentia. ⁊ ecōtra. Et sic capiēdo ordinatū pulsuꝫ notū est pulsum equalē ⁊ temperatū esse ordinatū. inter partes eniꝫ posteriores ⁊c. est cōueniēs habitudo ⁊ taliter in ꝓposito nō sumit̄. Sc̄do possumus ītelligere pulsum diuersitatē vel diuersitates habentē cum qua vel cū q̄bus ordinatus ꝓcedit. ¶ Secūdo nota ꝙ pulsus huiusmodi ordinatus ē duplex vt sumit̄ ī littera. s. pulsus absolute ordinatus: ⁊ ꝓp̄rie ⁊ talē Auicen. appellat absolute ordinatū vt cōmuniter hꝫ lr̄a. Dicit̄ aūt ordinat' absolute ī quo tantū vna repit̄ diuersitas sc̄dm quā tamen ordinate ꝓcedit. Ecōtra aūt non ordinat' absolute ē q̄ plures habet diuersitates secundū quas diuersimode ordinatus ꝓcedit. Prima diuersitas ē sicut si esset vnus circulus. secūda sicut si essent plures circuli diuersi sibi succedentes: tandem tamē ad vnū circulum vel similem redeuntes. Exemplū primi. sit pulsus sor. magnus velox ⁊ frequens ⁊ cū his dr̄ijs procedat vsq̄ꝫ ad quintū pulsuꝫ exclusiue. Adueniente vero quīto fiat sola diastoles parua alijs seruatis ꝑibus quantū est possibile. Deinde fiant alij quattuor pulsus oīno similes quattuor p̄mis: ⁊ sequat̄ postea pulsus q̄ntus similis q̄nto. ⁊ sic deinceps erit pulsus ordinatus absolute. habet eniꝫ maximū ordinē quē habere potest cū diuersitate minima. Exemplū secūdi. sit p̄mus pulsus magn' velox ⁊ frequēs in forte: secūdus mediocris ī magnitudine velocitate ⁊ frequētia tertius sit paruus rarus ⁊ tardus: deinde sequat̄ quartus similis primo q̄ntus vero secūdo ⁊ sext' tertio. ⁊ sic deiceps. Hic eniꝫ sunt plures circuli diuersi ad vnū tamē circulū redeūtes vt pꝫ. hanc tamē diuersitatē vel has imaginari possumus multipliciter. Primo totali pulsu. secūdo in partib' diuersoꝝ pulsuū. tertio in partib' eiusdeꝫ pulsus. vnam etiā solā diuersitatē imaginari possumus aut secundū vnā parteꝫ tantū: sicut in exēplo primo in quo aduenit ordo diuersitatis solū in diastole cōtingente: aut etiaꝫ in plurib' sicut si tam ꝯ diastoles q̄ꝫ sistolis esset tardior vel velocior ⁊ ꝓcederet ordinate secundū hāc diuersitatē tam in sistole q̄ꝫ in diastole. hūc eniꝫ pulsum appellare possum' ordinatū absolute: lꝫ plures partes eius forēt habentes diuersitatem. ¶ Ex his omnib' potest cōcludi p̄mo ꝙ si aliquis pulsus haberet solū vnam diuersitatē ad quā nūq̄ꝫ rediret ille nō esset ordinatus. ¶ Patet secūdo ꝙ pulsus diuersi pulsus ordinatus ⁊ similiter inordinatus est species. oīs enim ordinatus pulsus ē diuersus ⁊ nō ecōtra. similiter oīs inordinat' pulsus ē diuersus. ⁊ nō econtra. Et hoc exēplificat Auicē. in littera ⁊ supra dum dixit: ꝙ oportebat illa genera solū ponere nouem ⁊ nō. 10. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ nō q̄libet pulsus ordinat' est quolibꝫ inordinato melior: īmo aliquis est multo deterior vt pulsus hn̄s vnicā diuersitatē ad quā non reddit: melior est ad illā secundū ordinē reuertente ceteris parib' vel saltē esse potest. ¶ Ex quo vlterius sequit̄ non quēlibꝫ pulsum esse ordinatū vel inordinatū. pulsus enim equalis nō est ordinatus: eo ꝙ nullā habet diuersitatē secundū quā ordinate procedit nec īordinatus vt notum est. ¶ Ex quo vlteri' sequit̄ rn̄sio ad q̄stionē hic proponi solitaꝫ. vtrū. s. pulsus equalis ⁊ tēperatus sit ordinat'. ¶ Dicendū est ꝙ capiēdo ordinatū p̄mo modo non solum est ordinatus: sed ordinatissimus nisi fuerit īpeditus a causa accidētaliter diuersificante: eo ꝙ inter partes eius p̄ores ⁊ posteriores ē debita ⁊ cōueniens habitudo. Si tamen secundo modo sicut sumit̄ in ꝓposito nō est ordinatus: eo ꝙ nō habet diuersitatē secundū quaꝫ ordinate ꝓcedit. ¶ Ex q̄bus sequit̄ hānc cōsequentiā non valere. hic pulsus est ⁊ nō est ordinatus. ergo ē inordinat'. Similiter ecōtra nō sequitur nō est inordinatus. ergo ē ordinatus. bene tamē seq̄tur. hic pulsus est diuersus ⁊ nō est ordinatus. ergo est inordinatus. similiter est diuersus nō inordinatus. ergo ordinatus. ⁊ causa satis pꝫ intelligēti. Plura alia ex his possent cōcludi que gratia breuitatis omitto.

¶ Debes aūt scire ꝙ in pulsu repitur natura musice: quoniā queadmodū ars musice completur ꝑ adiūctionē sonoꝝ secundū ꝓportionem cōmitantez eos inter acuitatē ⁊ grauitatez ꝑ circulos casuū ⁊ tempoꝝ qui sunt inter eoꝝ percussiones: sic est dispositio pulsus: qꝛ proportio suoꝝ tempoꝝ in velocitate ⁊ spissitudine est sicut ꝓportio sonoꝝ eius: ⁊ proportio dispositionū eius ĩ fortitudīe ⁊ debilitate ⁊ ĩ quātitate ē sicut ꝓportio adiunctōis eiꝰ.

¶ Primo nota ꝙ per musicā intelligere debemus scientiaz bene modulādi: siue voces sonosq̃ bene ꝓportionādi que vt allegat cōciliator a Boetio prime sue musice taliter describitur. Musica ē ars vel facultas sonoꝝ atq̃ vocum sensuali rōne procedens. Ysidorus vero tertio ethimologiaꝝ capitulo. 14. ipsam taliter describit: Musica est peritia modulatiōis sano cantuq̃ consistens. Et subdit hanc musicaz esse dictā a musis. Ponitur. n. musa triplex. s. mundana humana ⁊ organica. tertia ē de qua est sermo ĩ ꝓposito. Mundana celoꝝ ⁊ elementoꝝ ⁊c. immo ⁊ in corpoꝝ celestiū motu plurimi phi armoniā suauissimā seruari crediderūt: vt secundo celi apparet: propter quod Ysidorus tertio ethi. capitulo: 16. dicit. Nāq̃ ⁊ ipse mundus quadam armonia sonoꝝ fertur esse cōpositus ⁊ celū ipsum sub armonie modulatione reuolui. Humana vero consistit in debita ꝓportiōe partiū componentiū humanū corpus inter se ⁊ organicorū ad organica cōsimiliū ad consimilia virtutuz anime inter se ⁊ ad ipsum corpus. Organica aūt proportionē vocum concernit ⁊ sonoꝝ organis sonoris cantoꝝ: quoꝝ quedaz sunt naturalia vt instrumēta vocalia: quedā artificialia vt cithara: psalteriū: simphonia: tuba ⁊c. In ꝓposito autem ĩtelligit Auicen. de tertia q̄ est ista que ē superius descripta. ¶ Secundo nota secundū varias proportiones vocum inter se naturaliter quasdam voces esse cōsonātes quasdā vera dissonantes. Intelligo aūt per cōsonantiā vocum vel sonorum naturalem cōcordantiam vel debitam ꝓportionem ipsaꝝ inter se cōsequentē in grauitate leuitate a alijs differētijs que ibidem sic describitur. Cōsonantia est vocum dissimiliū inter se simul permixtaꝝ in vnū reducta concordia ita vt inde sensus auditus delectatio cōsequatur. Econtra. dissonantia est dissimiliuz vocū ⁊c. discordantia vt in auditus sensu aspera ⁊ indelectabilis cōmotio subsequatur. ¶ Tertio nota ꝙ sicut ad debitā sonoꝝ vel vocum cōcordantiaz requiritur ipsaꝝ debita ꝓportio in grauitate acuitate in magnitudine ⁊ paruitate ⁊c. ita ad pulsus debitam cōcordantiam requiritur partiū ipsaꝝ debita ꝓportio in velocitate ⁊ tarditate magnitudie ⁊ paruitate spissitudine ⁊c. ¶ Ex quo patet inter partes pulsus debite cōcordantes esse ꝓportionem aliquā talē qualis inter voces cōsonantes reperitur. ⁊ per cōsequēs in pulsu reperitur natura musice. i. inter partes pulsus reperitur cōcordia talis secundū differētias iam dictas vel ꝓportio vel ꝓportionalitas qualis inter voces naturaliter cōsonantes reperit̃. Notū tamen est ꝙ ibi non est consonantia ꝓprie: quia nō est sonus nec vox in eo: sed similitudo illius vel proportio in cōsonantia reperta: ⁊ hoc intelligit Auicen. in litterra.

¶ Et quemadmodū tempus feriendi ⁊ quātitas sonoꝝ est cum sunt cōuenientia ⁊ est cum non sunt cōuenientia. similiter est cū ibi diuersitates sunt ordinate ⁊ est cū sunt inordinate. ⁊ ꝓportio etiā dispositionū pulsus in fortitudine ⁊ debilitate: ⁊ in quantitate est cū est conueniens ⁊ est cum nō: immo diuersa est ⁊ hoc quidem est egrediens a genere considerandi ordinem.

¶ Primo nota ꝙ ars musice completur. i. finem eius conuenienter ⁊ complete attingit dum seruatur debita proportio sonorū inter se in grauitate ⁊ acuitate longitudine ⁊ breuitate ⁊c. Et hoc circulariter variatur secundū circulos casuuz tempoꝝ. i. vocum tempore mensuratarum vel etiā mensure vocum. Circulariter. n. ꝓcedunt cantatores nunc eleuādo nun deprimendo vocē: nunc abbreuiando: nunc elōgando tempus eius. ⁊ cōsequenter ipsaz isto tempore mensurataz: de quo a musicis plenā inquiras informationē si mihi non credis. Ita similiter cōtingit in pulsu vt ex dictis p̄cedentibus patere pōt. Aliter Mōdinus secundū circulos casuuz tempoꝝ. i. quietum inter percussiōes cadentiū ⁊ hoc magis cōsonat. ¶ Secūdo nota vt mihi videt̃ notandū ꝙ velocitas ⁊ spissitudo in pulsu acuitati vocis aliqualiter assimilat̃. vox eniz acuta velociter mouet auditū: grauis vero tarde. Ita pulsus velox cito imprimit in tactū ⁊ preterit ⁊ similiter spissus respectu rari ceteris ꝑibus. vnde pulsus veloces ⁊ spissi possunt dici methaphorice acuti. Proportio ergo pulsuū in velocitate ⁊ tarditate est sicut ꝓportio vocum in grauitate ⁊ acuitate. fortitudo vero ⁊ magnitudo ꝓportiōatur magnitudini vocum. Sicut enim vox magna multū mouet auditum ita pulsus magnus tactum. ꝓportio igitur adiunctionis vocum est sicut proportio pulsuum in magnitudine ⁊ fortitudine ⁊c. vt tāgitur in littera. ¶ Ex quo patet ꝙ per solam virtutem altiorem q̄ȝ sit sensus pōt illa ꝓportio perfecte comprehendi: licet ad hoc satis seruiat tactus ⁊ auditus. ¶ Tertio nota super ista parte. Et queadmoduz tempus ꝙ sicut diuersitates vocū ĩ grauitate ⁊c. quādoq̃ sunt cōueniētes ⁊ ordinate ⁊c. quādoq̃ sunt discōuenientes ⁊ inordinate. Ita ⁊ diuersitates ĩ pulsu reperte quādoq̃ sunt ordinate: qꝛ debite ꝓportōate dispōni corporis quandoq̃ vero nō sicut quādo licet sint ordinate: nō tamen illi ꝓportionantur corpori cum tali etate vel habitudine. ¶ Exempli gratia in vocum diuersitate duplicē imaginamur ꝓportionem. vna est illaꝝ inter se. altera est illaruz ad circunstantias ꝓpter quas fit cantus: variat̃ eniz vocū ꝓportio secundum circunstantiaꝝ harum varietatē. alter enim cantus decet letantē alter cōquerentē alter infirmū alter in nuptijs alter in prelio alter circa prandiū. Ad hoc aūt ꝙ cantus sit bene pōderatus requirit̃ primo debita ꝓportio vocū inter se vt dictum est. secūdo debita ꝓportio istius ꝓportionis vocum ad circūstantiā vel circūstantias iam dictas. Et similiter in pulsu duplex notatur ꝓportio vna partiū pulsus iter se secundū differentias dictas. ⁊ ista cōstituit pulsuz ordinatum ⁊ inordinatū. Alia est ꝓportio illius ꝓportionis partiū pulsus ad corporis etatem vel cōplexionem. ⁊ ista cōstituit pulsum boni pōderis: ꝓpter quod subdit infra. Et hoc q̄dē est egrediens a genere considerandi ordinem.

¶ Galie. aūt videt̃ ꝙ id quod potest sentiri ex ꝓportionalibꝰ ponderis est secundū vnā proportionē musicaꝝ nominataruz aut nō nominataꝝ. Nominataꝝ vero aut secundū ꝓportionem totius: ⁊ quandoq̃ est ꝓportio tripli cum est ꝓportio dupli adiuncta cū ꝓportiōe addentis medietatem: ⁊ ipsa est que dicit̃ proportio ꝑ quinq̃. ⁊ secundū ꝓportionez que ē per totū ⁊ est dupla: ⁊ secundū proportionez que est ꝑ quinq̃ ⁊ est addēs medietatē secundum ꝓportionem que est ꝑ quattuor: ⁊ est addens tertiā ⁊ secunduz ꝓportionē addentem quartam postea non sentitur. ⁊ ego quidē miror quo modo ꝓportiōes iste ꝑ tactū discerni possunt: dico tamē ꝙ ei ē facile q in gradu tangendi consueuit ⁊ ꝓportionat̃ sonos ꝑ artem postquā erit ei potētia cognoscendi musicam acq̄sita ⁊ cōparabit factū ꝑ notū. homo etiam iste cum suam intentionem ad pulsuz reduxerit huiusmodi poterit discernere proportiōes per sensum.

¶ Nota hic ꝙ ꝓportio maioris ⁊ minoris inequalitatis est q̄ncuplex. s. tres simplices ⁊ due composite. Simplices sunt ꝓportio multiplex ꝓportio superꝑtiens ꝓportio superparticularis. Cōposite sunt iste. s. ꝓportio mltiplex suppartiēs ⁊ multiplex supparticularis. ¶ Nota ēt ꝙ ꝓportio p̄mi ad vltimū cōponit̃ ex ꝓportiōe p̄mi ad mediū ⁊ medij ad extre

mum.⁊ per ꝯñs ꝓportio tripla est cõposita ex sexgaltera ⁊
dupla:sicut ꝓportio triũ ad vnũ componit᷑ ex proportione
triũ ad duo ⁊ duoꝝ ad vnũ: quaꝝ prima est sexgaltera secũ
da vero ē dupla. ¶ Nota etiã in musica ꝓportio dupla vo
cat᷑ diapeson: sexgaltera vero diapente:sexqtertia vero dia
teseron. Ex quibus pꝫ ꝙ diapeson cõponitur ex diapẽte ⁊
diateseron:tripla võ cõponit᷑ ex diapẽte ⁊ diapeson. ¶ Se
cundo principaliter nota ex littera.5.ꝓportiões partiũ pul-
sus inter se ꝑcepit Galie.s.duplã triplã sexgalterã sexqter-
tiã ⁊ sexquiquartã.minores aũt istis nõ potuit ꝑcipere Ga.
¶ Tertio nota ꝙ ꝓportio dupla apud antiquos vocatur
ꝓportio ꝑ totũ.est.n.ꝑma inter ꝓportiones multiplices q-
bus.s.totũ pluries cõtinet ⁊ minima.iõ forte denominatõeꝫ
illam assumpsit.ꝓportio vero sexgaltera appellatur ꝓpor-
tio per.5.qꝛ in qnto loco monacordi reperit᷑. ꝓportio ergo
tripla est cõposita ex ꝓportione totius ⁊.5.i.dupla sexgalte
ra.⁊ hic sonat lr̃a dum dicit. Aut scdm ꝓportioneꝫ totius ⁊
qnqꝫ.⁊ ista est ꝓportio tripla que suple est cum ꝓportio du
pli iungit᷑ addenti medietatẽ.i.sexgaltera vt declaratũ ē.ꝓ
portio vero sexqtertia dicitur ꝓportio per quattuor: vel qꝛ
ꝙ se hꝫ in illa ꝓportione se hꝫ vt quattuor ad tria:vel qꝛ cõ
tinet᷑ in.4.loco monacordi qð credo verum.

¶ Genus vero qð ex pondere est sumptũ est
per comparationẽ ꝓportõis quantitatũ pro/
portionũ quattuor temporꝝ que sunt duobus
motibꝰ ⁊ duabus qetibus.⁊ si sensus totũ hoc
discernere nõ potest:tamẽ est ꝑ comparatõeꝫ
ꝓportiõis quãtitatũ ꝓportionũ temporꝝ dia/
stoles ad tempus qð est inter duas diastoles
⁊ ad vltimũ temporis in quo est motꝰ ad tem
pus in quo est quies.

¶ Primo nota hunc terminũ pondus sumi dupliciter. Pri-
mo ꝓ re sua grauitate deorsuꝫ tractũ faciente siue petẽte lo-
cũ inferiorẽ.⁊ taliter nõ sumit᷑ hic secũdo modo sumitur me-
thaphorice ꝓ tali vel tali ꝓportione motus ad quieteꝫ vel
tẽporis motus ad tp̃s quietis tactu cõprehẽsibili secunduꝫ
ꝙ ē conueniẽs vel discõueniens corpori.⁊ ex consequẽti ꝓ
illa ꝓportione ꝓportionũ motus ad quietẽ. ⁊ ecõuerso cor
pus vel corporis dispõnẽ. Dicitur aũt hec ꝓportio metha
phorice põdus taliter sumẽdo methaphoraꝫ. Sicut.n.rem
ponderãdo scimus ⁊ cognoscimus quãta ⁊ que sit eius con
ueniens mẽsura:ita dum taliter pulsuꝫ põderamus.i.ꝑ no
titiã talium ꝓportionũ cognoscimus ⁊ scimus qs pulsus sit
cõueniẽs corpori ⁊ quis non.iõ dicit᷑ pondus.verbi grã.co
gnosco sor.pueꝝ flagmatice cõplexionis cuius pulsum scio
eẽ velocẽ ⁊ paruũ ⁊ valde freqntẽ: ita ꝙ dꝫ esse tẽporis mo
tus ad tẽpus qetis dupla ꝓportio:tango ip̃m ⁊ repio ꝓpor
tionẽ hãc:dico ip̃m esse boni põderis. Si aũt esset ecõtra:
qꝛ.s.eẽt velox ⁊ rarus dicerẽ ip̃m eẽ mali põderis.

¶ Qui aũt ponũt in hoc capitulo cõparatiõeꝫ
temporis motus ad tẽpus motꝰ ⁊ tẽporis qe/
tis ad tempus quietis mittunt capituluꝫ in ca
pitulo:lꝫ huiusmodi missio sit tolerabilis ⁊ nõ
sit inconueniẽs:sed tamẽ nõ est bona.

¶ Nota quidã crediderũt ꝙ ad cognoscendũ põdus in pul
su opꝫ ꝑmo scire ⁊ cognoscere ꝓportionẽ motus ad motum
⁊ postea qetis ad quietẽ ⁊ postea ex hoc cognoscere ꝓpor
tionẽ motus ad qetẽ:qð qdẽ nõ ē sic imo ꝑus scimus ꝓpor
tionẽ motus ad qetẽ imediate sequẽtẽ quã etiã statiꝫ com-
paramꝰ quo ad suã mẽsurã tẽporalẽ sequẽti motui qbꝰ sci
tis scis qualis ē ꝓportio motus ad motũ silr̃ qetis ad qeteꝫ:
Cõparatio ergo ꝑmi motus ad quietẽ est vnius capli ⁊ alte
rius ē altera.facientes ergo hoc ponunt caplm in caplo:qꝛ
qð ē in vltima ꝯsideratõe ponũt i ꝑma.⁊ ecõtra. Et ille fuit
Haly.septimo theorice ⁊ sequẽtes ipsuꝫ.quare ⁊c.

¶ Et pondus qd ē est illud in quo proportio/
nes musice cadunt.

¶ Primo nota nõ esse intẽtionẽ Aui.in quolibꝫ põdere pul
sus repiri ꝯsonantiã musicalẽ.i pulsu.n.valde malo ⁊ iordi
nato nõ opꝫ ipsaꝫ repiri:ꝫ voluit ꝙ vbi fuerit ordo in pulsu
vt plurimũ reperit᷑. ¶ Secũdo nota ꝙ pondus in rõne sua
formali nõ includit diuersitatẽ vel inequalitatẽ. quãtũcũqꝫ
eniꝫ esset pulsus equalis ⁊ tẽperatus in ipso põt esse põdus
bonũ ⁊ ꝯsonãtia imo ⁊ in ipso ē tẽperatissimũ põdus: qð ar
guit᷑ sic:qꝛ in ipso est debita ꝓportio temporꝝ motus ad qe
teꝫ. ⁊ ecõtra conuenientissima etiã corpori.igitur ⁊c. ¶ Ex
quo sequitur nõ quodlibet pondus inequalitate includere
sicut quilibet ordo. Sequit᷑ etiã nõ omnẽ ꝯsonantiã musica
lem in pulsu inequalitatẽ vel diuersitatẽ pulsus arguere: vt
ꝓportio musicalis motus ad quietẽ.⁊ ecõtra inuenta in pul
su tẽperato. ¶ Patet vlterius nõ omnẽ pulsuꝫ põderis eẽ
ordinatũ vel inordinatuꝫ:qꝛ equalis ē huiusmodi. ¶ Et ex
hoc pꝫ differẽtia inter hoc genus ⁊ genus sumptuꝫ ab ordi
natione. ¶ Patet vlterius ex parte rei genus ponderis nõ
esse a quarto genere distinctuꝫ lꝫ drãnt rõne.oĩs.n.pulsus
ponderis ē equalis vel inequalis.⁊ ecõtra.

¶ Et dicemus ꝙ pulsus aut est boni ponde-
ris:aut mali põderis. Et illiꝰ quidẽ q est mali
põderis sunt tres species. Una est illiꝰ cuius
pondus est mutatũ ⁊ est iuxta põdus: ⁊ iste ē
cuius pondus est põdus etatis q̃ est iuxta eta
tem illiꝰ cuius est pulsus.sicut cũ iuuenes hñt
pondus pulsuũ pueroꝝ. ⁊ altera est separati
põderis sicut cũ pueri hñt põdus pulsus sicut
senũ. Et tertia ē egrediens a põdere:⁊ ille est
cuius pondus ponderi pulsus hominis nõ si/
milat᷑.⁊ multa egressio pulsus a pondere ma
gnã in dispositionibꝰ significat mutõeꝫ.

¶ Nota pulsuꝫ eẽ mali põderis ē ip̃m corpori etati vel ꝯplo
ni esse disconuenientẽ vel disproportionatum. ¶ Secũdo
nota ꝑ etatẽ naturalẽ cõplexionẽ esse intelligẽdã. ¶ Et to
tum residuũ capli patet vsqꝫ ibi. Dicunt ꝙ diuersi.

¶ Caplm secũdũ ē de pulsu equali ⁊ diuerso.
D Icunt ꝙ diuersi pulsus diuersitas aũt
est i multis ꝑcussionibꝰ aut in vno pul/
su. Sed q in vno pulsu diuersificat᷑ aut
in mltis diuersificat᷑ partibꝰ.s.in locis separa
tis in quibꝰ cadũt digiti aut in vna parte.s.in
loco vnius digiti.

¶ Primo nota ꝙ diuersitas est i multis pulsibꝰ supple tota
libus quoꝝ quilibet sit compositus ex duobus motibus ⁊
duabus quietibus aut in vno pulsu totali secunduꝫ partes
suas. Exemplũ primi: vt si primus pulsus esset magnus ve
lox ⁊ frequens.secundus paruus tardus ⁊ rarus. Exemplũ
secundi pꝫ. ¶ Secũdo nota in vno pulsu potest cadere di
uersitas vel quãtum ad partes pulsum integrãtes vel quã-
tuꝫ ad partes artarie sub digitis cadentes:sicut si vna pars
magis alia minus dilatetur aut vna pars tardius alia velo-
cius moueat᷑.⁊ sic de alijs. ¶ Tertio nota ꝙ in vna parte
sub vno digito cadente imaginari possumus cadere diuersi
tatẽ pulsus vel quãtũ ad partes qꝫtitatiuas eius.vel quãtũ
ad partes istius partis pulsum integrantes:⁊ adhuc partes
illarum partiũ: Exemplum primi imaginando duo extrema
illius partis artarie ⁊ vnum altero magis dilatari aut velo
cius moueri aut fortius ⁊c. Exemplum secundi vt ꝙ princi
piuꝫ dilatationis illius partis sit velox ⁊ finis tardus aut di
latatio velox ⁊ constrictio tarda.

¶ Et illius quidẽ q in multis diuersus existit
pulsibꝰ est diuersus gradatus equaliter cur/
rens.⁊ ipse quidẽ ē qui ab vno incipit pulsu ⁊
permut᷑ ad maiorẽ eo aut ad minorẽ ⁊ proce/
dit sic secundũ hanc regulaꝫ donec peruenit
ad fineꝫ in diminutione aut in augmento per
similẽ ordinem:deinde intersecatur ⁊ ad pri/
mam magnitudinẽ redit.

¶ Primo nota hic pulsus est diuersus eo ꝙ secũda pulsatio
diuersa ē a ꝑma ⁊ sibi iequalis ⁊ tertia secũde. ⁊ sic deinceps:
vsqꝫ ad certum terminũ:⁊ dicitur gradatus: qꝛ per gradus
quosdã augmẽti vel diminutõis alicuius vel aliquaꝝ suaꝝ

differentiarum ꝓcedit:ideo methaphorice gradatus dicit
sicut si aliquis per scalas gradatim ascenderet. dicitur etiā
equaliter currēs:q2 in eo ē vniuersale augmentū vel dimi
nutio secundū differentiā illam secundū quā dicitur grada
tus equaliter currens. Tantū.n.secunda excedit primā pul
sationē quantū tertia secundā ⁊ quarta tertiā. ⁊ sic de alijs.
Exempli gratia.sit pulsus soꝛ. vnius gradus magnitudinis
in prima pulsatōe in secūda duoꝝ:in tertia trium:⁊ in quar
ta quattuoꝛ.⁊ sic vlterius. hunc pulsuz gradatuz equaliter
currētē diuersum appellare debemus.⁊ est sicut si imagine
mur vnā latitudinē vniformiter difformē quo ad tēpus:ta
men vniformiter acquisitā vt pz intelligēti. ecōtra vero de
diminutiōe exemplū poni pōt. ¶ Secūdo nota nō esse ima
ginandū solū secundū longitudinē fieri hunc pulsuz: immo
secundū omnes differentias quinqꝫ supius noiatas. Facile
eniz pōt poni exempluz de velocitate tarditate spissitudine
raritate ⁊ foꝛtitudine ⁊ debilitate ⁊ alijs drīis vt pz.

¶ Aut rediēs ex paruitate sua simili reditu in
ambab⁹ dispositionibus ad primā regulā aut
diuersificans postqꝫ venerit a pricipio qd est
huiusmodi ad finem q est huiusmodi.

¶ Nota hic pulsum taliter vniformiter gradatim augmenta
tum vel diminutū possumus imaginari redire ad pristinam
dispositionē dupliciter. Primo simili reditu ⁊ ꝓpoꝛtionali.
Secūdo dissimili qd imaginari possumus dupliciter. vel q2
diffoꝛmiter reddit:vl' q2 vniformiter:ꝫ velocius aut tardi⁹
ꝓcedit quaz prius ꝓcedebat. Exemplū primi pulsus soꝛ. in
prima pulsatione fuit quattuoꝛ graduū velocitatis aut ma
gnitudinis in secunda sex:in tertia octo:in quarta decem.
⁊ ibi terminatur augumentum. deinde reddit ⁊ in quin
ta pulsatione fit vt.8.graduum in sexta.6.⁊ in septima quat
tuoꝛ. ⁊ sic vniformiter reddit ad primam magnitudinem.
Exemplum secundi.pulsus soꝛ.in prima fuit. 4. ⁊ processit
augendo ad.10.vt dictum est ⁊ post reuertitur. ⁊ in quinta
fit vt.8.⁊ in.6.quattuoꝛ. Exempluz tertij de velocioꝛi ⁊ tar
dioꝛi redditu vniformiter patere potest ex dictis. Partes
artarie sunt sex.i.sex modis situate silicet sursuz deoꝛsuz ⁊c.
sicut sex sunt positōis differentie.

¶ Et est cū ad finez ꝑuenit.⁊ est cū intersecat
ante ipm.⁊ ē cū addit supra ipm donec iterse
cat:cūqꝫ intersecat foꝛtasse itersecat i medio
cessando:⁊ est cū agit ab hoc diuersuz ⁊ illud
est vt in medio sui iteruenit mot⁹. Et pulsus
qdē cessationē habēs est diuersus i quo expe
ctatur motus ⁊ venit qes.⁊ ille q in sui medio
hz motū est diuersus i quo expectat qes ⁊ ve
nit motus. Diuersitas vero pulsus in multis
partib⁹ vnius pulsus aut ē in situ suaꝝ partiū
aut in motu suaꝝ partiū:sed diuersitas q̄ est i
situ suaꝝ partiū est diuersitas ꝓpoꝛtōis ꝑtiū
vene ad partes.⁊ qm̄ partes sūt sex erit illud
qd in eis cadit ex diuersitate similiter. diuersi
tas aūt q̄ est in motu aut ē in velocitate ⁊ tar
ditate aut in cōsecutione ⁊ ꝑuentione.s.vt mo
ueat pars ei⁹ ante hoꝛā sui mot⁹ aut post hoꝛā
aut in foꝛtitudine ⁊ debilitate aut in magnitu
dine ⁊ paruitate. Et hoc totū aut curet scd̄m
oꝛdinē equalē aut diuersuz: i augmēto ⁊ dimi
nutōe:⁊ illud qdez aut erit in duab⁹ partibus
aut in trib⁹ aut in quattuoꝛ.s.in casu digitoꝝ.
Et tu qdez cōponere poteris ⁊ oꝛdinare.

¶ Totum patet vsqꝫ ibi ⁊ ex diuersitate pulsus.

¶ Ex diuersitate vero pulsus in vna ꝑte ē ille
q ē intersect⁹ ⁊ reditiuus ⁊ ꝯtinu⁹. Intersect⁹
aūt est ille q in partē vnā cū paruo motu sepa
rat:⁊ partis vnius q̄ ex eo itersecat cū qete ē
cum duo extrema diuersificant in velocitate
⁊ tarditate ⁊ in similitudine.

¶ Primo notandū per diuersitatē pulsus in vna parte con
tingentē intelligere possumus duo. Primo diuersitatē con
tingentē in vna parte artarie sub vno scilicz digito cadēte.
secūdo per partē vnā intelligere possumus partē vnaz pul
sus scilicet diastolē aut sistolē. ¶ Secūdo nota circa descri
ptionē intersecti istaz litteram duplicē posse habere intelle
ctum. Primus est per partē illā intelligendo artariā imagi
nando.s.qd pars artarie que tangit habet duo extrema dif
foꝛmiter mota partem vero mediā quiescentē.⁊ sic litteram
exponemus.intersectus ē ille qui cū paruo motu.s.extenso
per paruā partem separatur in partē vnam.s.illo motu mo
taz ⁊ supple aliam alio motu motā.⁊ est.i.cōtingit q̄ partis
illius.s.cadentis sub vno digito que intersecatur cum quie
te duo extrema intersecta cū quiete.i.parte quiescēte diuer
sificantur in velocitate ⁊ tarditate ⁊ similitudine ⁊ dissimili
tudine.s.aliaꝝ differentiarum. ¶ Secūda expositio est per
partem vnā intelligendo diastolem aut sistolē imaginando
q̄ postqꝫ artaria incepit dilatari ab.a.termino ⁊ peruenit
vsqꝫ ad.b.ibi aliqua moꝛula quiescit ⁊ prius qꝫ deprimatur
vlteri⁹ ad punctū altioꝛē:puta.c.mouet motu dissimili:pu
ta velocioꝛi aut tardioꝛi foꝛtioꝛi ⁊c.sicut i pulsu cōuenit bis
pulsante. ⁊ scdz hāc expōnez exponēda est lr̄a vt pz.

¶ Reditiuus vero ē vt pulsus magn⁹ redeū
do fiat paru⁹ in vna parte deīde in reditu sub
tili redit. Et huius qdē modi ē ille cuius q̄dā
specieꝝ in alias ingrediuntur:⁊ hoc est vt sit
vn⁹ pulsus sic duo ꝓpter diuersitatē:aut duo
sicut vnus ꝓpterea q̄ alie in alias ingrediūt.
⁊ istud qdē est scd̄m sententiā coꝝ q in hoc nō
cōuenerūt. Continuus aūt est ille cui⁹ diuersi
tas est oꝛdinata in cōtinuitate nō sensu perce
pta separatōe in eo ad qd ipsa mutat ex velo
citate ad tarditatē aut ecōtra aut ad equalita
tem aut iequalitatē in eis aut ex magnitudine
aut paruitate aut equalitate i eis ad aliqd coꝝ
ad qd mutat.⁊ hoc qdē est cū secūdum simili
tudinē sui ꝓcedit. ⁊ est cū accidit vt cum cōti
nuatiōe sua sit in aliqbus suaꝝ partiū plus di
uersitatis ⁊ in alijs minus.

¶ Nota reditiuus non videtur differre ab intersecto:nisi q2
in intersecto est vera quies media: sed in reditiuo non.sed
prima pars eleuationis est velox:⁊ est illa pars parua dein
de tardatur ⁊ est motus subtilis quasi non perceptibilis:po
stea velocitatur ⁊ complet diastole magna. Hoc igitur mo
do reditiuus fit in vna diastole in eadem etiā parte quantū
ad varias partes imaginādo extrema ⁊ mediū partis arta
rie cadentis sub vno digito.⁊ consequēter q̄ extrema mo
ueant velociter ꝑ faciendo diastolē magnaz. Pars aūt me
dia faciat primo diastolē deinde quasi insensibiliter mouea
tur ⁊ postea redeat ad magnitudinē aliam. Quis autem sit
continuus satis patet.

¶ Caplm̄ tertiū. De specieb⁹ pulsus diuersi q̄
nomina habent pꝛopꝛia.

x eis gazellans qui est diuersus i vna
e parte cū fuerit tardatus ⁊ deinde inter
secat ⁊ fit velox.

¶ Primo nota per pulsum gazelantem quem Auer. quarto
colliget:capꝛizantē nominat:debemus itelligere pulsuz mo
tui capꝛeti vel capꝛioli vel gazeli qui est animal capꝛiolo si
mile cōfoꝛmē. hic aūt motus taliter diuersus est vt gazelus
primo faciat aliquē saltum imperfectum paruū ⁊ tardū:de
inde quiescat vel saltem quiescere videat secundū tenētes
ipsuz nō necessario esse quiete interceptuz ⁊ postea motū fa
ciat velocem ⁊ completū.ita similiter in pulsu cōtingit quez
ꝓpter hoc dicimus gazelantē. ¶ Secūdo nota hūc pulsuz
dupliciter imaginari possum⁹. ꝑmo quātuz ad diuersos pul
sus imaginādo primā diastolē paruā ⁊ tardā ⁊ q̄ post illaz
sequat sistoles. deīde fiat moꝛa aliqualiter magna:⁊ fiat tūc

pulsus festinus valde ⁊ maior qui pro tunc intersecari dicetur: qꝛ quiete existēte maiori q̄ꝫ dꝫ reperitur artaria aliquādo qescere quando deberet moueri. ¶ Secūdo imaginari possumus ipm quātum ad eundē pulsum secundū tamē diuersas partes vt.s. diastole tarda ⁊ incōpleta postq̄ꝫ sequitꝰ quies longior ꝓpter qꝺ dicetur intersecari: deinde sequitur sistole cōpleta ⁊ velox. ¶ Tertio imaginari possumꝰ quātum ad vnā partem puta diastolē aut etiā sistolē apud conuenienter ipsam percipientē imaginādo artariā ipsaꝫ debere dilatari ab.a.ad.c. punctū ⁊ quiescat in.b. qui sit medius inter.a.⁊.c. vel saltez qescere videatꝰ fuerit tamē vsq̄ꝫ ad.b. pigriter vel tarde mota cunq̄ꝫ moram in.b. contraxerit moueatur vsq̄ꝫ ad.c. rapido motu cōplendo dilatationē suam. hic.n. pulsus ē gazelans: qꝛ primo est diuersus in vna pte.s. prima dilatationis in qua fuit tarditas: postea intersecatꝰ: qꝛ qescit vel videtur quiescere quādo dꝫ moueri: ⁊ fit postea velox dū mouetꝰ a.b. puncto vsq̄ꝫ ad.c. punctū.

¶ Et ex eis ē vndosus: ⁊ ipse qdē est q ē diuersus in magnitudine partiuꝫ vene ⁊ eaꝝ paruitate ⁊ eleuatiōe ipsaꝝ ad superiora ⁊ in latitudine ⁊ in cōsecutōe ⁊ p̄cessione in pricipio motus pulsus cū mollitie que ē in ipsa: ⁊ ipe quidez nō est valde paruus ⁊ hꝫ latitudinē quādaꝫ ⁊ assimilatꝰ vndis quaꝝ alie alias sequuntur secundū rectitudinē cuꝫ diuersitate que ē inter eas in eleuatōe eaꝝ ad supiora ⁊ descensione ad iferiora ⁊ velocitate ⁊ tarditate.

¶ Primo nota per pulsuꝫ vndosum in ꝓposito itelligere debemus pulsuꝫ in suo motu motui vndaꝝ aque maris ꝓportionalez. in motu aūt vndaꝝ multa ꝑcipitur diuersitas. vna eniꝫ pars eleuatur ⁊ altera deprimitꝰ: vna eleuatꝰ magis ⁊ altera minus: similiter deprimitur vna magis ⁊ altera minus: Etiā mouetꝰ vna velocius ⁊ altera tardius: ⁊ etiā vna est altera latior ⁊ similiter strictior. Quedā etiā alias citius cōsequuntur ⁊ quedā minus cito: ita vt videatꝰ quādoq̄ꝫ alterā attingere quādoq̄ꝫ post ipsaꝫ multuꝫ incboare. que omnes diuersitates in pulsu reperiuntꝰ vndoso cuius vna pars artarie deprimitꝰ ⁊ altera eleuatur: vna magis ⁊ altera minus: vna velocius ⁊ altera tardius: vna est latior ⁊ altera minus lata. ⁊ sic de alijs: ꝓpter qꝺ cōuenienter hic pulsus noīatur vndosus. ¶ Secūdo nota hunc pulsuꝫ non esse multū paruuꝫ ⁊ quādā habere latitudinē ꝑ quas dr̄ias dr̄t a formicāte ⁊ vermiculoso pulsu: vt statim patebit.

¶ Et ex eis ē vermiculosus q ē illi similis: sed est paruus multe spissitudinis: cuiꝰ spissitudo existimatꝰ velocitas: sed nō ē. Et formicās q est valde minor ⁊ vehemētior spissitudinis. ⁊ vermiculosi qdē ⁊ formicātis diuersitas i eleuatione ad suꝑiora ⁊ precessione ⁊ cōsecutiōe in sensu ē manifestior ipsoꝝ diuersitate in latitudine: imo quasi nō apparet id.

¶ Primo nota per vermiculosuꝫ pulsuꝫ intelligedū esse pulsuꝫ cuius motus percipitꝰ sicut si esset motꝰ vermis cuiusdā parui. Est aūt motus vermis vndosus vt vna pars primo moueatꝰ ⁊ figatur: ⁊ alia pars insequatꝰ secundū multitudinē suoꝝ pedū: vt p̄mo moueantur anteriores deide subsequētes. ⁊ in hoc similatur. Est tamē hic pulsus tardus valde sicut motus vermiculi ⁊ est tardus ꝓpter virtutis debilitatē: sed est multū spissus cuius causa patebit inferius. Et ꝓpter tantā spissitudinē apparet alicui q̄ sit velox: sed hoc non ē. eo.n. q̄ in pauco tēpore multas facit ꝑcussiōes: qꝛ vna aliā cito insequitꝰ ⁊ cōpletur post aliā videtur velox cū tamē sit tardus: sed huius causa est paruitas cū frequētia. ⁊ illud potest esse motiuū pro tua positiōe ad ꝑsuadendū nō quēlibet pulsuꝫ alio in minori tēpore suam cōplentē diastolez vel sistolē adequate esse eodē velociorē. ¶ Secūdo nota ꝑ pulsuꝫ formicātē debemꝰ intelligere pulsuꝫ q sub digito ꝑcipitꝰ sicut motꝰ formice: ⁊ ille ē mlto minor vermiculoso: ꝫ ē eo multo spissior sicut motꝰ formice spissior ē motu v̄mis. Ex qbꝰ pꝫ dr̄ia īter vndosuꝫ ex vna pte v̄miculosuꝫ ⁊ formicātez ex alia pte. hi.n. sunt multo minores ⁊ freq̄ntiores q̄ꝫ sit ille.s. vndosus. ¶ Tertio nota: q̄ qꝛ pulsus vermiculosus ⁊ formicans est valde paruus secunduꝫ latitudinē. ideo diuersitas in latitudine in eo paꝝ aut nihil percipitꝰ lꝫ ꝑcipiatꝰ diuersitas quo ad alia in lr̄a explicata vt satis pꝫ. Et in hoc etiam differunt ab vndoso pulsu.

¶ Et est ex eis serrinus qui vndoso ī partiuꝫ diuersitate similatur ⁊ in eleuatiōe ad superiora ⁊ latitudine ⁊ precessione ⁊ consecutione: sed ē durior ⁊ cū duritie ipsius partes in duritie diuerse existuut. Et serinus quidem est pulsus velox spissus ⁊ durus: cuius partes in magnitudine diastoles diuerse existunt in duritie ⁊ mollitie.

¶ Nota per serrinum pulsum debemus intelligere illū quo existente duꝫ tangitꝰ artaria percipitur velut serra. in serra vero sunt dentes quoꝝ quidam flectuntur ad dextruꝫ: quidam vero sinistrum: percipitur etiā in serra quedā partiuꝫ eminentia ⁊ depressio. ita in tali pulsu quibusdam partibus magis: quibusdā minus eleuatis illis etiā partibꝰ duris valde existentibus. eo enim q̄ huiusmodi pulsus est durus valde percipiuntur velut dentes serre: propter quod cōuenienter nominatur serrinus. ¶ Ex quo pꝫ primo cōuenientia ⁊ differentia ipsius ad vndosum. cōueniunt eniꝫ: qꝛ in vtroq̄ꝫ est inequalitas in eleuatione ⁊ depressione velocitate ⁊ tarditate precessiōe ⁊ ꝯsecutiōe motus partiū artarie. Differūt aūt: qꝛ vndosus ē pulsus molis. Serrinus autem est durus. ¶ Petet secūdo differentia huius pulsus ad formicantem ⁊ vermiculosum: vt pꝫ intuenti.

¶ Et ex eis est cauda soricina: ⁊ est ille qui ordinatꝰ in diuersitate suaꝝ partium ex diminutione ad augmentū aut ex augmēto ad diminutionē: ⁊ cauda qdē soricina est cū est in pulsibus multis ⁊ est cū est in vno pulsu in partibus multis aut in parte vna. Et eius diuersitas ꝓpria est illa que ex magnitudine pēdet. Et est cū est in cōparatōe velocitatis ad tarditatem aut fortitudinis ad debilitatē.

¶ Primo nota per caudaꝫ sorecinam in proposito intelligere debemus pulsuꝫ in suis differētijs vel aliqua illaꝝ dispositioni caude muris in subtilitate ⁊ grossitie ꝓportionatuꝫ. Quēadmodū.n. incipiendo ab extremo grossiori caude muris: ⁊ tendendo ad extremū subtilius vniformiter inuenitur grossitiez declinare: aut ecōtra incipiendo inuenitꝰ ipm vniformiter ingrossari vel augeri. Ita in tali pulsu inuenitꝰ vniuersale augmentū aut diminutio in vna vel in pluribus suarum differentiaꝝ: ꝓpter quod merito nominatur cauda sorecina. ¶ Ex quo pꝫ hunc pulsuꝫ esse diuersuꝫ ⁊ multū cōuenire cū gradato ⁊ equaliter currēte. ¶ Secūdo nota hūc pulsuꝫ dupliciter imaginari possumus euenire. p̄mo hac diuersitate seruata in luribꝰ pulsibus. secūdo i vno pulsu ad plures quantū ad partes artarie. tertio q̄ꝫtū ad vnā partez artarie. quarto quātū ad vnam partiū integrantiū pulsuꝫ: puta diastolē aut sistolem. Exemplū primi: sicut si sit p̄mus pulsus fortis vnius gradus magnitudinis velocitatis ⁊ spissitudinis secūdus sit duoꝝ: tertiꝰ triū: quartus quatuor ⁊c. hunc pulsuꝫ dicimus caudam sorecinā ꝓpter proportionalitatē tactam. Similiter pōt exēplificari econtra. Exemplū secundi pꝫ ponēdo partes artarie sic difformiter se habere cadētes.s. sub quatttuor digitis q̄ prima moueatꝰ quatuor gradibus velocitatis magnitudinis ⁊ frequentie. secunda pars que cadit sub scđo tribus: tertia duobus: quarta vno: vniformiter tū difformiter extēsis: pꝫ cauda sorecina. Exēplum quarti ē si artaria dilatādo vel cōstringendo cōtinue vniformiter intēdat vel remittat suū motū. ¶ Ex quibꝰ pꝫ caudam sorecinā non solū secundū magnitudinē in pulsu facta varietate esse repibilē: ꝫ etiā in alijs dr̄ijs.

¶ Et ex eis est mesalius ⁊ ipse est qui ex diminutione procedit ad aliquē terminum in augmento. postea reclinatur inferius ad suū ordi

nem donec ad primū terminū diminutionis ꝑueniat. Est ergo sicut due caude soricine q̄ continuant apud maiores ei⁹ extremitates.

¶ Primo nota. hic pulsus similaꝛ caude sorecine: qꝛ ī isto fit ordinatus ⁊ gradat⁹ processus ab augmēto ad diminutionē vel ecōtra sicut in cauda sorecina. Differt tamen ab eo: qꝛ ille reddit cū ordine ad pristinā dispōnē: hoc aūt non ē necessarium in cauda sorecina. ¶ Ex quo pꝫ ꝓbabiliter sustineri posse hūc pulsuꝫ esse speciē caude sorecine. Cuilibꝫ. n. tali cōpetit descriptio caude sorecine vt pꝫ intuēti nisi quis velit dicere in quid nominis caude sorecine esse suplenduꝫ ꝙ eodē ordine non redeat ad pristinā dispositionē secundū quē modū essent spēs cōtra se inuicē distincte. ¶ Et ex his vlterius pꝫ hūc pulsuꝫ esse diuersuꝫ ⁊ esse speciē pulsus gradati equaliter currētis: de quo in precedētibus habitū est. mesalius ē dict⁹: ita ad similitudinē cuiusdaꝫ arcus ī vtraqꝫ extremitate subtilis ⁊ in medio grossi.

¶ Et ex eis est bispulsans ⁊ in ipso qdē discordati sunt medici. Sūt. n. quidam q ipsuꝫ vnū pulsum ponūt diuersum in ꝑcessiōe ⁊ cōsecutione. ⁊ sunt alij qui ponunt ip̄m duos pulsus quoꝝ vnus alteꝝ consequiꝛ ⁊ ad vltimū iter eos nō existit tp̄s qd dilateꝛ ad colligendū. sistolē deinde diastolē. non. n. omne ex quo cōsequūꝛ due ꝑcussiōes: oportet vt sint duo pulsus. aliogn ille cui⁹ intersecaꝛ diastoles: ⁊ deīde redit essnet duo pulsus. neqꝫ etiam opꝫ vt sint duo pulsus nisi cū incipit ⁊ fit diastoles ⁊ postea redit ad fundū faciendo sistolē deinde redit iteꝝ ⁊ diastolē facit. Et eis sunt qetē habens ⁊ cadens in medio quos prediximus. Sed differentia inter cadentē in medio ⁊ gazellantē est ꝙ gazellātis secūda ante venit q̄ꝫ compleaꝛ prima: sed in cadēte ī medio est pulsus qui venit in tempore quietis cū compleꝛ percussio prima.

¶ Primo nota hunc pulsum nominari bis pulsanteꝫ: qꝛ diastole sua binam causat pulsationē siue percussionē in tactū. verbi gratia. si pulsus sit dilatādus ab. a. ad. c. cuius distantie sit. b. medius pūctus ⁊ duꝫ peruenit ad. b. quiescat. deinde sine sistole vlterius dilateꝛ ad. c. binā in tactū cābit ꝑcussionē. ⁊ sic erit bis pulsans. Et differt hic pulsus a gazelante vel caprino: qꝛ in hoc nō reperiꝛ diuersitas in velocitate. ⁊ qꝛ in caprizante non ē vera quies secundū quosdā. ¶ Secundo nota de hoc p̄lsu apud antiquos extitisse varias opiniones. Quidā. n. dixerūt eē duos pulsus: eo ꝙ ibi sunt due diastoles. non. n. videtur qd vnus pulsus debeat habere nisi vnā diastolē. quidam aūt dixerunt ꝙ est vnus pulsus diuersus in cōsecutione ⁊ precessione. i. uelocitate ⁊ tarditate aut spissitudine ⁊ raritate. Auic. aūt dicit hunc esse vnuꝫ pulsuꝫ. si enim eēnt duo pulsus oporteret in eo esse duas diastoles ⁊ duas sistoles ⁊ quatuor quietes eo ꝙ ut supra habituꝫ est oīs pulsus est cōpositus ex duobus motibus ⁊ duabus quietibus. Hoc aūt non est in ꝓposito: qꝛ post primā quietem bis pulsantis non sequiꝛ sistole: sed altior secunda eleuatio. ideo ⁊c. ¶ Ex quo cōcludit vt tangiꝛ infra hāc ꝯsequētiam non ualere. ¶ In hoc pulsu sunt due dilatationes igiꝛ ⁊ duo pulsus. ¶ Secūdo sequiꝛ non oēm pulsum solum ex duobus motibus ⁊ duabus quietibus resultare imo aliquis ex tribus vt in hoc pulsu bis pulsante ⁊ per ꝯsequēs aliquē pulsum resultare ex sex partibus. ⁊ plura alia ex his cōcludi possent. ¶ Tertio nota non ideo dici bis pulsantē: qꝛ in eo solū fiant due ꝑcussiōes: sed qꝛ in eo due ad minus. nō enim repugnat in aliquo fieri tres aut quatuor ut patet: oēs enim bis pulsantes nominarenꝛ. Ex quo sequiꝛ in casu pulsuꝫ aliquē vnuꝫ esse compositū ex quattuor motibus ⁊ quattuor quietibus totalibus. Et plura alia concludi possent ex his. ¶ Nota differentiā inter gazelāteꝫ ⁊ cadentē in medio: qꝛ in cadēte in medio sunt pulsatiōes cōplete: sed venit motus

quādo deberet esse quies. In gazelāte aūt nō fit p̄mo motus cōpletus: sed cōpletur postea secūdo eueniēte ita ꝙ nō interuenit vera quies lꝫ multū tardeꝛ motus. Potest tamē teneri īteruenire qetē ⁊ ꝙ nō dr̄t a bis pulsante nisi rōne.

¶ Et ex istis qdem capitulis sunt pulsus spasmosus ⁊ tremulus ⁊ retortus qui filo qd torqueꝛ assimilaꝛ ⁊ est ex capitulo diuersitatis in precessione ⁊ consecutione ⁊ in situ ⁊ in latitudine: ⁊ cordosus qdeꝫ est ex summa retorti ⁊ similaꝛ tremula: sed tamen in tremulo diastoles ē magis occulta: ⁊ similiter exit⁹ ab equalitate situs in eleuatione ad superiora est in retorto occultior: sed tensio in cordoso est manifesta ⁊ est cū ei⁹ torsione ad vnā partē tantū.

¶ Primo nota spasmosus tremulans ⁊ retortus sunt ex his caloris pulsus diuersi. In his. n. reperitur diuersitas in situ partiuꝫ artarie vt in cordoso in quo est etiam diuersitas in precessione ⁊ consecutione ⁊ quēadmodum in serino licꝫ sit minus notabilis. ¶ Secūdo nota pulsus spasmosus est pulsus apparens in spasmo aut similis illi qui apparet in spasmo qui est diuersus in altitudine ⁊ depressiōe sicut guta nūc altius nunc minus alte emissa: vt colligitur secūda tertij: capitulo de signis spasmi. Apparet autem pulsus tensus vel propter duritiem vel tensionem vel contractioneꝫ: sicut in pulsu membri spasmosi cōtingit. huius aūt causa infra patebit pulsus autem tremulus est in quo artaria videtur tremere: quia neqꝫ complete dilatari neqꝫ constringi: sed diminute sunt vterqꝫ motiones vt vix distincte vna ab alia percipiatur. Et est diuersus hic pulsus: quia mot⁹ in eo sunt inequales sicut in tremore cōuenit. Et forte quia multo maior est velocitas ⁊ spissitudo q̄ꝫ magnitudo. Et penes hoc corrigenda essent multa superius dicta. s. penes quid sumenda sit in pulsu diuersitas.

¶ Plurimuꝫ vero tales accidūt quales isti. s. cordosus ⁊ retortus ad vnū latus declinans in egritudinibus siccis. Pulsuum vero compositorū species quasi infinite sunt: ⁊ neqꝫ habentes nomina.

¶ Primo nota ꝙ filū contortum manifestam habet inequalitatem. vna enim pars est eleuatior altera depressior. differunt tamen: qꝛ in filo bene contorto hoc non ita bene appa ret: etiam nō bene videtur manifesta. Et hanc diuersitateꝫ in pulsu multū percipimus. ¶ Primo nota in precessione ⁊ consecutiōe motuū: qꝛ vna pars antecedit ⁊ alia subsequiꝛ: Percipiꝛ etiā ex parte situs partiuꝫ artarie cuius vna pars alia percipitur eleuatior aut depressior. ⁊c. vt infra patebit: etiaꝫ propter siccitatē partes artarie difformiter corrugantem. Et ex his etiā in eodem reperitur diuersitas in latitudine siccitatis partes artarie vario modo cōstringentis ⁊ corrugantis vel forte propter breuitatem difformiter potētem pulsum latificare. ¶ Secundo nota ꝙ cordosus est retorti species. omnis. n. cordosus est retortus: sed nō econtra. Et causa est: qꝛ ad cordosuꝫ requiriꝛ tēsio. nō quilibꝫ aūt retortus est tēsus. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ cordosus est similis tremulo: qꝛ corda tensa moueꝛ ac si tremaret: nō tamen est tremulus denominādus: tn̄ qꝛ sistoles ⁊ quies in eo ē manifestior tuꝫ etiā qꝛ pulsus est fortior. differt etiā retorto qui non est cordosus: quoniam illo artaria magis potest equaliter eleuari propter tensionē non impedire sicut in cordoso. ideo minor est difformitas in eleuatione ⁊ depressione partium artarie apud diastolem. Et hoc vult Auicē. dum dicit ꝙ exitus ab equalitate sit⁹ in eleuatōe est in cordoso manifestior. ¶ Ex quo vltimo pꝫ has pulsus differentias maxime in egritudinibus siccis contingere: cum eueniant maxime propter corrugationem partiū artarie que superfluā exsiccationē a calido vel sicco prouenientem consequiꝛ.

¶ Cap: IIII. est de illo qui ex spēbus pulsus ē naturalis:

c Uiusqꝫ generum prenominatorum in quo est superfluitas augmēti vel diminutōis naturalis est equalis nisi fortis:

quoniam naturalis in eo est augmentatus.

¶ Primo nota ꝙ per equale in ꝓposito non intelligit̃ equale distinctum contra diuersum: sed per equale intelligit̃ medium inter extrema, verbi gratia. pulsus duri ⁊ molis velocis ⁊ tardi spissi ⁊ rari medium vocatur equale. ¶ Secũdo nota ꝙ naturalitas pulsus in proposito est duplex: quedaꝫ absoluta: ⁊ est dispositio pulsus conuenientis temperatissimo. Quedam vero in genere siue respectu determinati corporis. ad propositũ de vtroqꝫ potest esse sermo: verbi gratia. soꝛ. temperatissimus habet pulsum mediũ inter dictum duꝝ ⁊ molem. ⁊ iste respectu cuiuscunqꝫ alterius est naturalis. Similiter soꝛ. colericus sibi sanus habet pulsum naturalem respectu sui nõ sani: ⁊ ille est medius inter pulsum durũ soꝛ. ⁊ molẽ soꝛ. tardũ ⁊ veloceꝫ. ¶ Tertio nota ex lr̃a istam conclusionẽ ꝙ cuiuscũqꝫ generis pulsuũ mediũ est naturale preterqꝫ in forti. mediũ.n. in fortitudine nõ est laudabiliꝰ neqꝫ naturalius: qꝛ nature conuenientius quã extremuꝫ in fortitudine: sed potius ecõtra. Quanto.n. pulsus est fortioꝛ tanto est naturalioꝛ ⁊ laudabilioꝛ. Et tota causa huius esse potest: qꝛ vnusqſqꝫ pulsus tantũ habet naturalitatis quantum significat super complexionis temperantiaꝫ a qua prouenit. cũ igitur pulsus medius inter magnum ⁊ paruũ velocem ⁊ tardum frequentẽ ⁊ raꝝ significet super complexiõis temperantiã respectu extremoꝝ: sequit̃ ⁊c. Similiter arguitur de forti. fortitudo enim virtutis insequitur temperamẽtum. ideo quãto fortioꝛ est pulsus tanto magis significat supra cõplexionis temperantiã maioꝛẽ. ⁊ per cõsequens tãto est tẽperatioꝛ ⁊ naturalioꝛ. ¶ Quarto nota per pulsuꝫ fortem non debemus intelligere solum fortiter percutienteꝫ: sed bene constantem ⁊ non faciliter mutationes suscipientẽ vt pꝫ. Et per superfluitatem augmenti ⁊ diminutõis hic intelligo augmentũ ⁊ diminutionẽ nature disconuenientẽ sicut sunt extrema magnitudinis paruitatis velocitatis ⁊ tarditatis ⁊c. qꝛ. s. vtrũqꝫ illoꝝ extremoꝝ est viciosum. ¶ Primum dubiũ: defectus ⁊ superabundantia ad easdeꝫ ducunt differentias: sed defectus fortitudinis ducit ad distemperãtiam. igitur aliud extremũ. s. augmentum ducit ad distemperantiã. ¶ Secundũ dubiũ est: qꝛ possibile est in corpore distemperato esse pulsum fortioꝛẽ qꝫ in temperato. igitur ⁊c. pꝫ ꝯña. ⁊ assumptũ: qꝛ ꝯtingit v̾tuteꝫ plus conari: quare ⁊c. ¶ Tertiũ dubium: qꝛ cõtingens est pulsuꝫ esse mediũ: non tamẽ esse naturalẽ vt in febriẽte ad moꝛtẽ tendente. igit̃ ⁊c. ¶ Ad primuꝫ dicit̃ ꝙ illa auctoꝛitas est vera de extremis inter que cadit medium laudabile siue naturale. talia enim ambo sunt illaudabilia innaturalia. vbi tñ est econtra: qꝛ. s. non reperitur tale mediuꝫ illud non opꝫ. verbi gratia. inter prodigalitatem ⁊ auaritiaꝫ: inter colericitatem ⁊ flegmaticitatem: sed nõ inter sanitatem ⁊ egritudinem virtutẽ ⁊ vitiũ. ¶ Ad secundũ dicit̃ ꝙ lꝫ possibile sit fieri percussionẽ pulsus cũ maioꝛi conatu: nõ tamen cũ maioꝛi pulsus cõstantia. vel dicenduꝫ illud intelligendũ esse ceteris paribus ⁊ conatu ⁊c. vel forte melius ꝙ lꝫ virtus plus conetur non tamen fortioꝛẽ: sed solũ maioꝛem aut velocioꝛẽ facit non fortioꝛẽ: qꝛ non habet temperamentum optime ꝓpoꝛtionatũ fortiori. ¶ Ad tertiũ dicit̃ Auicen. nõ velle quẽlibet pulsum mediũ vel equalẽ esse naturalẽ: ꝫ solũ mediũ de quo supra.

¶ Et si aliquod alioꝛum generũ non augmentum prebuerit nisi fortitudinis augmentuꝫ sequens ⁊ factũ fuerit maius. verbi gratia. ipse erit naturalis propter fortem.

¶ Primo nota existente in stomaco multo cibo virtutẽ grauante aũt etiam in toto multa materia humorali virtutem etiam grauante virtus redditur impotẽs ad faciendum in artaria motum vniformẽ: propter qđ mouetur artaria difformiter. ⁊ per consequens fit pulsus diuersus: ad qđ etiã concurrit: quia virtute taliter grauata spiritus qui est instrumentum motus artarie difformiter ⁊ diuersis motibus mouetur ⁊ applicat̃ artarie mouende ⁊c. modo iã dicto.

¶ Ex causis quoq; diuersitatis ẽ repletio venarũ ex sanguine: sed quod huic est simile remouet minutio.

¶ Nota repletio venarum cum sanguine est causa diuersitatis modo iam dicto tum scilicet: quia multo sanguine virtus multum grauatur ⁊ opprimitur: tum etiam: quia sanguine euaporante ad cor causatur in spiritu difformis ⁊ varius motus. flobothomia autem remouet hoc: quia remouet causam. ¶ Dubium est posito ꝙ sit repletio sanguinis in artaria vtrum flobothomia remoueret hanc diuersitatem: ⁊ si remoueret: vnde deberet fieri vel de venis vel de artarijs. ¶ Dicendum ꝙ flobothomia remoueret ⁊ non de artarijs esset fienda: quia vt dicitur infra. capi. de flobothomia non debet de artarijs fieri flobothomia nisi vbi eẽt particularis lesio in particulari membro. debet igitur fieri de venis ad quarũ euacuationem euacuantur artarie propter propinquitatem ipsarum ⁊ communitatem inter se per suos poros ⁊c.

¶ Et plurimum quidem fit diuersitas cũ sanguis est viscosus suffocans spiritum qui mouetur in arterijs ⁊ proprie cum densitas fuerit circa cor.

¶ Nota ꝙ sanguis viscosus maxime est aptus virtutem opprimere ⁊ maxime circa cor. Cum enim sit principium pulsus maxime corde grauato causabitur diuersitas in pulsu ⁊ toto: quia. s. in omnibus artarijs.

¶ Ex causis preterea ipsius que eam in breui efficiunt tempore sunt stomaci repletio ⁊ tristitia ⁊ cogitatio in aliquo. Sed cũ in stomaco malus fuerit hũor non cessabit diuersitas: ⁊ forsitan ex eo ꝓueniet tremor cordis ⁊ fiet pulsus tremulus.

¶ Primo nota. Stomaci repletio vt notatum est mediate vel immediate communicatur cordi propter propinquitatẽ ipsius ad dyafragma. Similiter tristitia ⁊ cogitatio multum diuertendo virtutem ⁊ faciendo spiritũ in toto inordinatis moueri motibus causat diuersitatem. Similiter tertio humor malus in stomaco existens illud idem operatur: quia statim per euaporationem communicatur cordi ⁊ dyafragmati. De causis tamẽ pulsus tremulosi videbit̃ infra.

¶ Et serrini quidem pulsus causa est diuersitas eius quod in corpore vene est fusũ in putrefactione sui aut ipsi⁹ cruditate aut sui maturatione aut diuersitas dispositionum venarum in duritie sua ⁊ mollitie aut apostema in membris neruosis.

¶ Primo nota per pulsum serrinum ĩtelligere debemus pulsum quẽ cum tangimus ꝑcipimus diuersitatẽ similẽ serre: qꝛ sicut in serra sunt dẽtes aliq declinantes ad dextrũ aliq

ad sinistruz ⁊ inter partes eius aliqua ē eleuatior: aliqua est depressior: ita inter partes artarie illud idez percipitur. ⁊ iđ dicitur serrinus. ¶ Secūdo nota ꝙ materia diffusa per artariam existente valde difformi in putredine cruditate ⁊c: causatur huiusmodi difformitas in partibus quibus occurrit materia illa propter quod causatur pulsus hic dictus serrinus. ¶ Tertio nota ꝙ diuersitas etiaz partium artarie in duritie ⁊ mollitie illud idem operatur cuz pars percipiatur duriter iprimere: sicut dens serre: ⁊ alia molliter sicut pars in serra depressa. ¶ Quarto nota ꝙ apostema in membro neruoso facit pulsum serrinum propterea ꝙ existēte apostemate in membro neruoso virtus vtplurimuz multum debilitatur propter dolorem ⁊ pugnaz. similiter artaria vtplurimuz induratur vt in precedenti lectione dicebatur. Ex quibus accidit virtutem non posse artariam secundum omnes partes eius vniformiter subleuare. quare alique ptes ī diastole magis sunt eminētes ⁊ alique magis depresse: ꝓpter quod tangendo pulsum percipitur serrinus vt patet intuenti. ¶ Ex quo satis patet solutio dubij hic moueri soliti. s. ꝙ in pulsu talis apostematis debet apparere pulsus vniformiter durus. patet secūdo hunc pulsuz esse pulsum duꝝ: lz nō sit vniformiter durus vt tactum est ⁊c.

¶ Bispulsantis vero causa est virtutis fortitudo ⁊ plurima necessitas ⁊ durities instrumēti: quare nō obedit ei qđ virtutes ipsi ꝑcipiūt de diastole in vna vice sicut cuz quis vult vna percussione aliquid incidere ⁊ nō obedit ei: adiuuatur ab alia ⁊ precipue cum necessitas subito augmentat.

¶ Primo nota per pulsum bispulsantē intelligere debemus pulsuz in quo apparet duplex pulsatio vel dilatatio anteqꝫ inter primam ⁊ secundā cadat sistole media. verbi gratia. si artaria dilatetur ab. a. termino ad. b. terminuz: ⁊ cum fuerit in. b. termino ibi parumper quiescat vel appareat quiescere deinde altius eleuet vsqꝫ ad. c. terminum anteqꝫ aliquo modo deprimatur. tunc enim dicitur bispulsans. ¶ Secundo nota hoc contingere virtute existente forti instrumento aliqualiter duro ⁊ inobediēte ⁊ necessitate magna. nisi. n. esset virtus fortis non posset artariam multum eleuare. Similiter nisi foret necessitas aucta non conaretur virtus illud facere. Similiter si instrumentū foret perfecte obediens vnicam faceret pulsationez ⁊ dilatationem. Relinquitur igitur hoc ideo contingere: qr virtus ⁊si sit fortis non potest vnica dilatatōe instrumentum sufficiēter dilatare: vnde oportuit aliqꝫ interuenire moraz quousqꝫ fieret noua applicatio spiritus ad artariam mouendam magis alte. ¶ Tertio nota. hic i littera innuit pulsus bispulsantis alia causa: quāuis non esset instrumēti durities: ⁊ est noua necessitas euentandi subito insurgens. verbi gratia. existēte necessitate vnius gradus dilatatur artaria ab. a. ad. b. terminum vbi quiescit deinde sistolat. Ponatur igit ꝙ artaria dilatata ab. a. vsqꝫ ad. b. ⁊ incipiēte quiescere subito cōtingat noua necessitas tūc contingeт paꝝ post artariā nouam facere dilatationem anteqꝫ sistolet. iđ in casu isto fit bispulsans pulsus.

¶ Soricini vero pulsus causa quiqꝫ est virtus debilis q̄ de labore ad qetē ordinate procedit ⁊ de qete ad laborem: sed ille q in vna permanet dispositiōe plus ē virtutis debilitatē significans. Et cauda qdem soricina ⁊ q̄ ei similis existit ē plus significans fortitudinez aliquā: ⁊ ꝙ debilitas non est in fine: sed eis deterior est cauda finitiua. deinde mansiua: postea cauda reditiua.

¶ Primo nota per pulsum dictum vt cauda sorrecina intelligere debemus pulsum cuius processus est a magnitudine in paruitatem vel econtra ⁊ est regularis ⁊ vniformis sicut cauda sorrecina: qđ imaginari possumꝰ: vel quo ad varias pulsationes sibi inuicem succedētes vel in vna: secundū tamen varias partes artarie ⁊c. ¶ Secūdo nota per pulsum hunc manentem in vna dispositione intelligere debemus hunc pulsuz continue in debilitate ⁊ paruitate procedentē: non quia continue sit eiusdem gradus paruitatis ⁊ debilitatis: sed quia cōtinue paruificatur lz vniformiter. ⁊ potest dici ordinate diuersus siue vniformiter difformis ⁊ hic est peior illo qui quandoqꝫ a paruitate tendit in magnitudinez sicut satis patere potest intuēti. ¶ Tertio nota ꝙ in hoc pulsu reperiuntur tot diuersitates: quia quidā dicitur cauda finitiua: ⁊ quidā cauda mansiua: ⁊ qdā cauda reditiua. Finitiua terminatur ad nō gradū. Mansiua ad certum graduz remissum. Reditiua quandoqꝫ econtra redit a paruo ad magnum vniformiter. Notū est autem ꝙ prima est deterior significans vltimā virtutis debilitatē. secunda minus mala significās satis intēsam: sed non vltimatā debilitatem. tertia iteꝝ minus mala significans adhuc maiorē virtutis fortitudinem. Non de labōre ad quietē. i. magnitudine ad paruitatem. magnitudo. n. labor dicitur.

¶ Cadētis aūt in medio cā est virtutis lassitudo ⁊ eius defectꝰ aut accidens subito veniens ad qđ aīa ⁊ natura subito redeunt.

¶ Primo nota per pulsum cadentem in medio intelligi pulsum intersectum quiescentem. s. tempore quo moueri deberet sicut in exemplo faciliter patere potest. ¶ Secundo nota. virtutis laxitudo ⁊ pro. i. defectus vel virtutis laxitudo consequēs exercitiū. ⁊ defectus. s. ab intrinseco prouenīēs. vtraqꝫ expositio est bona. ¶ Tertio nota ꝙ per accidens subito veniens intelligere possumus accidēs anime vt fortis cogitatio aut timor ⁊c. Et similiter etiā intelligere possumus dolorem subito venientez: ⁊ vtroqꝫ modo verū est dictum Auicen. Primo eniz veꝝ est ꝙ subito currēte animali spiritu ad locū aliquem vt ad cor vel ad cerebrū ipsum insequitur vitalis: ⁊ sic per aliquantulū tempus impedit virtus ab operatiōe pulsatili. Idem adhuc euidentius dicendum ē in forti dolore: vt pꝫ intelligēti.

¶ Et spasmosi quidem pulsus causa sunt motus nō naturales ī virtute aut malitia in essentia instrumenti.

¶ Nota per motus nō naturales intellexit motus preter naturam: quibus natura propter nocumentū contrahit membra: sicut contingit in spasmo nō proportiōato ad materiā: per malitiaz aūt in essentia instrumēti intelligere debemus malam instrumēti dispositionē vt intensam duritiem ⁊ extensionem sicut in spasmo sicco.

¶ Pulsus aūt tremulus ꝓcedit ex fortitudine ⁊ instrumēto duro ⁊ necessitate forti. sine istis enim nō ꝓuenit tremor.

¶ Nota ꝙ tremor mēbri vt secūda tertij prouenit ex equipotētia quadam virtutis ⁊ grauitatis membri vt quarto de accidenti. ita vt virtus non totaliter dominet grauitati nec econtra. Ex quo prouenit duellum quoddaz vt nunc insurgat virtus ⁊ eleuet membra que post debilitata a grauitate membri deprimitur ⁊ iterum depressa insurgit: ⁊ sic proportiōatur in pulsu tremulo necessitate existēte magna virtute forti: ⁊ instrumento multuz obediente. vnde oritur quedam equalitas virtutis ad resistentiam instrumenti. Insurgit igitur virtus necessitate cogente ⁊ dilatat instrumentuz qua consequēter debilitata ꝓpter resistentiā instrumēti deprimit: ⁊ iteꝝ insurgit virtus ⁊ ecōtra. ⁊ sic deinceps.

¶ Undosi aūt est cum eius causa existit virtutis debilitas secunduz plurimū ⁊ non potest fieri diastoles nisi paulatim ⁊ paulatim.

¶ Primo nota per pulsum vndosum in proposito intelligere debemus pulsum cuius motus similatur motui vndarū aque. Et colligit hec notificatio quarto colliget. sicut enim aqua secundum aliquaz partem eius ab aliqua causa pulsa causat vndam: que causata mouendo aliam partem causat aliam: ⁊ iterum alia aliam ⁊c. ita in pulsu tali apparet non simultaneus motus totius artarie: sed apparet ad similitudinem vndaruz in aqua: propter quod hic pulsus appellatur vndosus. ¶ Secundo nota virtute existente debili multuz ita ꝙ non possit totam artariā simul eleuare: sed solum per partem ante partez causatur pulsus vndosus. Ex quo eniz non tota artaria simul eleuatur ipsa eleuatur per partez ante partē sicut in vndis aquaꝝ cōtingit.

¶ Et est etiam cũ instrumẽti lenitas eius causa existit lꝫ virtꝰ non sit valde debilis. Instrumentũ nãq; molle ⁊ humidũ concussionem ⁊ motũ nõ recipit que i vnã quãq; penetrẽt partem quẽadmodũ siccum qđ est durũ recipit: quoniã siccitas cõcussioni est apta ⁊ tremori. Et duri quidẽ sicci finis sui pricipij motu mouetur: mollis vero humidi partẽ possibile est moueri ⁊ aliam partem motu ipsius non pati ꝓpterea ꝙ cito recipit sepationẽ ⁊ flexionẽ ⁊ diuersitatem in figura.

¶ Primo nota multa instrĩ humiditas ẽ causa pulsus vndosi hoc mõ. Cum.n. instrm̃ multũ molle fit vel humectaꝛ redditur in partibꝰ suis flexibile: vnde vna parte eleuata nõ necessario eleuaꝛ altera: imo cum hoc ꝙ nõ eleuaꝛ flectitur sicut accidit in alijs corporibꝰ flexibilibꝰ. ideo cogitur virtꝰ succurrere. ⁊ ꝑ partẽ ante partẽ artariã eleuare. ⁊ ꝑ ꝯñs causare pulsuꝫ vndosuꝫ. ¶ Ex quo ꝯcludere poteris in practica ꝙ stãte fortitudine ꝟtutis in declinatõe potissimi vel versus declinatõeꝫ pulsus apparẽs vndosus significat sup sudoreꝫ futuꝝ. significaꝛ.n. materiã humidã expelli ꝟsus exteriores porositates q̃ occurrens artarie ⁊ ipsaꝫ molliẽs est cã pl'sus vndosi. ¶ Nota tñ ꝙ non ẽ necessariũ ante quẽlibꝫ talẽ sudorẽ antecedere pulsum vndosuꝫ: q2 ꝯtingens est materiaꝫ nõ fore sufficientẽ tãtũ mollificare artariã ꝙ ab ea ꝓueniat pl'sus vndosus. igiꝛ ⁊c. ¶ Scđo nota hic ex dictis Auicẽ. drĩã iter corpora dura siue solida ⁊ ligda siue flexibilia. corporis.n. solidi vna parte localiter mota stãte ꝯtinuitate mouetur totũ qđ non est necessariũ in flexibilibus: vt pꝫ.

¶ Et vermiculosi quideꝫ pulsus ⁊ formicãtis causa est fortis debilitas: ita vt tarditas ⁊ spissitudo ⁊ diuersitas in partibꝰ pulsus cõiungãtur: quoniã virtꝰ instrm̃ i vna hora dilatare nõ valꝫ: sed paulatĩ ⁊ paulatim.

¶ Primo nota ꝑ pulsum vermiculosum ⁊ formicantẽ intelligere debemus pulsuꝫ cuius artarie motꝰ percipiꝛ sicut motus vermicl'i. Sicut.n. motꝰ vermiculi ẽ ꝑ partẽ ante partẽ: q2 ꝑmo moueꝛ eius vna ꝑticula alijs flexis. deide alia figiꝛ. ⁊ insequiꝛ. ⁊ sic deiceps. Est ẽt iste motus paruus valde ⁊ tardus: ꝫ frequẽs ẽ siue spissus: q2 inter vnũ motũ ⁊ aliũ nõ cadit qes media notabilis: q2 ḡ in pulsu qñq; ꝑcipiꝛ similis motus artarie. iđ diciꝛ vermiculosus. Drt aũt a formicãte: q2 formicãs ẽ minor pulsus. ¶ Scđo nota ꝙ cã huius est mlt'a debilitas ꝟtutis nõ potẽtis simul totũ instrm̃ eleuare: nec ꝑtes quas eleuat potẽtis mlt'ũ aut velociter eleuare: vñ cogiꝛ virtꝰ ꝑ ꝑtẽ ante ꝑtẽ ⁊ cũ spissitudie eleuare artariã.

¶ Causa aũt pulsus mali ponderis si pulsus quidẽ fuerit in dispositionibꝰ tẽporis qetis est augmẽtũ necessitatis. ⁊ si in dispõnibꝰ temporis motus fuerit est augmentũ debilitatis aut necessitatis priuatio.

¶ Quid ꝑ pulsuꝫ mali ponderis intelligaꝛ pꝫ supra. Ex quo pꝫ hunc esse duplicẽ: q2 qdaꝫ est mali ponderis quo ad tp̃s quietis: ⁊ quidaꝫ quo ad tp̃s motus. ¶ Primo nota ꝙ causa mali põderis vbi repiꝛ motus quãdo debꝫ esse quies est augmẽtata necessitas. Cũ.n. ꝑcipimus artariã dilatari tempore quo deberet qescere arguendũ est statiꝫ fore necessitateꝫ auctã vt supra i tertio notabili de hispulsante pulsu declarãdũ ẽ. ¶ Scđo nota ꝙ pulsus mali põderis. s. in quo ẽ quies qñ naturalr̃ deberet eẽ motus prouenit aut ex multa ꝟtutis debilitate nõ potẽtis cãre motũ determiato tp̃e aut ex nec̃itate multũ diminuta ꝑꝑ qđ nõ ẽ nec̃itas ita freq̃ntis motꝰ sicut ꝯsueuit. Et de isto põt poni casus similis ꝑ totuꝫ casui posito i tertio notabili de pulsu hispulsante. notũ ẽ.n. ꝙ si eẽt virtꝰ fortis nõ fieret pulsus talis mali põderis.

¶ Sed pulsus tẽporis motus ꝓpter velocitateꝫ diastoles alius est ab hoc. Et cause quidẽ pleni ⁊ vacui ⁊ calidi ⁊ frigidi eleuati sursuꝫ ⁊ submersi inferiꝰ manifeste sunt.

¶ Nota per pulsuꝫ tp̃is motus ꝓpter velocitatẽ ⁊c. itelligit pulsum in quo diastoles est ita velox ꝙ citius finiꝛ q̃ꝫ secũdum naturã fieri deberet: vñ videꝛ ꝙ sit quies tp̃e quo deberet eẽ motus. ⁊ sic videꝛ ꝙ sit pulsus mali põderis qđ remouẽs Aui. dicit illud nõ eẽ veꝝ: q2 dato ꝙ citius ⁊c. tamẽ motui correspõdet quies ⁊ ecõtra. iđ ⁊c.

¶ Cap. VII. est de pulsibꝰ etatũ ⁊ masculoꝝ ⁊ feminaꝝ.

m Asculoꝝ pulsus maiores sunt ⁊ fortiores valde ꝓpter vehementiã virtutum eorũ ⁊ necessitatis ipsorum.

¶ Nota ꝙ oẽs iste cõparatiões. masculus est calidior femia ⁊ fortior ⁊c. debẽt intelligi masculo ⁊ femina in suis latitudinibus obtinẽtibꝰ situs sibi inuicẽ ꝓportionaliter correspondentes ceteris paribꝰ: vt verbi grã. Cõparãdo masculũ temperatũ femine tẽperate colericũ colerice. ⁊ sic de alijs. Similr̃ masculũ in pueritia femelle in pueritia: ⁊ habitantẽ regionẽ aliq̃; vel obseruantẽ aliquod regimẽ ad seruantẽ ꝓportiõale vel habitantẽ similẽ regionẽ. ⁊ sic de alijs. notuꝫ.n. est ꝙ vbi ista vel aliqđ istoꝝ deficeret oppositũ posset ꝯtingere: vt mulier in iuuẽtute calidior ⁊ fortior est q̃ꝫ masculus in senectute: ⁊ sanguinea mlico. ⁊ sic de alijs. opꝫ igiꝛ ad ista attẽdere ad hoc vt dictũ Aui. sit veꝝ. Et forte ꝑꝑ hoc in fine littere addit istã particulã scđm plurimũ. ¶ Scđo nota cãm dicti Aui. expressaꝫ in lr̃a. ex quo.n. i masculis ẽ nec̃itas maior ⁊ fortitudo maior cũ instrm̃ ponaꝛ obediẽs i ipsis ẽ pulsus maior ⁊ fortior. ⁊ ꝑ ꝯñs Aui. dictũ est veꝝ. ¶ Primum dubiũ circa ꝑmã partẽ capl'i. videꝛ ꝙ pl'sus mulieris ⁊c. nõ debeat eẽ frequẽtior ⁊ velocior pulsu viri: q2 sicut pulsus i muliere ẽ minor q̃ꝫ in viro ita nec̃itas in ea ẽ minor. ḡ eque bene satisfacit magnitudo pulsus mulieris sue nec̃itati diminute sicut magnitudo aucta in viro sue necessitati aucte: ḡ nõ opꝫ in muliere in velocitate ⁊ spissitudine recõpẽsari qđ ex magnitudine deficit. Et cõfirmaꝛ: q2 per eandẽ cãm sequitur ꝙ i qualibꝫ cõplexiõe frigida respectu tẽperati eẽt pulsus minor velocior ⁊ frequẽtior q̃ꝫ in tẽperato: q2 qualis ẽ vel esse põt ꝓportio necessitatis ⁊ fortitudinis virtutis temperati ad frigidũ talis põt eẽ masculi ad feminã: sed ex simili habitudine causaꝝ seqꝛ similis pulsuũ habitudo vel proportio. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ tũc pl'sus senũ deberẽt eẽ minores velociores ⁊ frequẽtiores pulsibꝰ iuuenũ: ꝯñtia probaꝛ vt ꝑcedẽs. quare ⁊c. ¶ Dubiũ scđm: q2 sicut i mare ẽ nec̃itas maior ita in muliere instrm̃ magis lene ⁊ magis obediẽs. iđ quãtuꝫ magnificaꝛ in masculo ex parte nec̃itatis tãtũ in muliere magnificaꝛ ex parte obedientie. ¶ Dicendũ ꝑmo ꝙ i muliere nõ est instrumentũ magis obediẽs ceteris paribꝰ: ⁊ ꝙ nõ q̃libꝫ lenitas maior facit obedientiã maiorẽ. ¶ Secundo ꝙ lꝫ in muliere sit obedientia maior: ibi tñ nõ ẽ fortitudo virtutis tanta sicut in viro. ⁊ sic due cause ꝓmouẽt magnitudinẽ: nec̃itas. s. ⁊ fortitudo: in muliere vero vna tãtũ. ¶ Vel dicẽdũ tertio ꝙ necessitas plus mouet q̃ꝫ instrĩ obediẽtia. ⁊ ꝙ lꝫ instrm̃ sit obediens non tamen plus dilatatur q̃ꝫ requirat diminuta necessitas: q2 non fit vt plurimũ dilatatio nisi secundũ exigentiã necessitatis.

¶ Et ꝓpterea ꝙ eorum necessitas magnitudine compleꝛ est eoruꝫ pulsus tardior pulsu mulierum ⁊ rarior secundũ plurimuꝫ. Et omnis quidẽ pulsus in quo ꝑseuerat virtꝰ ⁊ ẽ spissus opꝫ ꝓculdubio ꝙ sit velox. est.n. cũ ante ẽ velocitas q̃ꝫ spissitudo. ꝓpter hoc igiꝛ sicut pulsus masculorũ ẽ tardior ita ẽ rarior.

¶ Nota primo ꝙ in femina est necessitas diminuta respectu masculi: ⁊ virtus debilior ⁊ instrumentũ magis strictũ q̃ꝫ in masculo. vnde non põt ad tantas dimensiones magnificari sicut in masculo. illud tñ ꝙ ex magnitudine deficit ꝓpter instrumẽti paruitatẽ ⁊ virtutis debilitatẽ recõpensaꝛ per spissitudinẽ vel velocitateꝫ: vnde in mulieribus est pulsus spissior ⁊ velocior q̃ꝫ i masculis: ad quod etiam coadiuuat multa necessitas mũdificãdi a fumis multis in muliere multiplicatis ꝓpter retẽtionẽ superfluitatũ in eis ex ocio ⁊ frigiditate cõplexionis. ¶ Secũdo nota ꝙ stante fortitudine virtutis nũq̃ꝫ spissitudo absoluitur a velocitate. cũ.n. per velocitatem melius satisfiat necessitati q̃ꝫ per spissitudinẽ virtute

existente forti nõ magis retinet spissitudinẽ q̃ velocitatez. Cũ igit̃ in mulieribus ponat̃ virtus fortis quo ad posse velocitare: sequit̃ ꝙ si in eis est pulsus spissior q̃ in masculo ẽ etiã velocior. ¶ Tertio nota hoc dictũ ꝙ stante fortitudĩe prius acquirit̃ velocitas ⁊c. itelligi dꝫ notabiliter de quo satis in tegni dictuꝫ est. ¶ Dubiũ: q: sicut se hꝫ velocitas ad spissitudinẽ ita magnitudo ad velocitatẽ: sed nõ absoluitur spissitudo a velocitate: q: ꝑus nõ absoluitur a posteriori. igitur nec velocitas a magnitudine stãte virtute. ¶ Dicit̃ ꝙ argumentũ ꝓbaret nisi esset ꝙ in mulierib⁹ virtus nõ ẽ fortis nec instr̃m obediẽs sui paruitate vt supra tactũ ẽ. ¶ Ex qb⁹ ꝯcludunt̃ correlaria. Primũ. non sola durities aut mollities reddit istr̃m iobediẽs: ſ ẽt instr̃i puitas sicut iã deductũ est. Secundũ nõ eque bene ꝓportiõat̃ magnitudo femine sue necessitati sicut masculi sue pꝫ: q: opꝫ vt ĩ muliere augeat̃ velocitas ⁊ spissitudo ⁊ non in masculo equal'r. ⁊ plura alia huiusmodi possent cõcludi. ¶ Persuasio ad hoc ẽ: q: si sola diminueret̃ nec̃itas in muliere respectu viri ⁊ maneret fortitudo cũ obedientia instrumẽti nõ bene proportiõaret̃ sua magnitudo sue nec̃itati sicut in viro: ſ cũ diminutõe necessitatis virt⁹ ẽ diminuta. igit̃ ⁊c. ¶ Ex quo sequit̃ maiorẽ esse ꝓportionẽ magnitudinis pulsus viri ad magnitudinez pulsus mulieris q̃ necessitatis ad necessitatẽ: q: plus ꝓportionabiliter minoratur pulsus in muliere respectu viri q̃ decrescat necessitas: q: ad eius minorationez facit minoratio virtutis. ⁊ alia multa concludi possunt.

¶ Puerorꝫ vero pulsus est lenior ꝓpter humiditatẽ ⁊ est debilior ⁊ spissior: quoniaꝫ calor ẽ fortis: sed virt⁹ nõ est fortis: eo ꝙ nondũ sunt cõpleti. Puerorꝫ vero pulsus ꝯparatõe quãtitatis corporis eorꝫ est magnus: quoniã eorꝫ instr̃m est valde molle ⁊ ipsorꝫ necessitas ẽ valde fortis ⁊ eorꝫ virtus comparatõe paruitatis corporis ipsorꝫ nõ est parue quantitatis. Verũtamẽ eorꝫ pulsus cõparatiõe pulsus cõpletorꝫ est nõ magnus: sed est velocior ⁊ spissior ꝓpter necessitatẽ. In pueris nãq̃ multiplicatur vaporis fumosi collectio ꝓpter multaꝫ digestionẽ eorꝫ ⁊ frequẽtiã ei⁹ in eis. Et ꝓpter hoc valde ẽ necesse ipm̃ extrahere ⁊ calorem ipsorꝫ innatũ euacuare.

¶ Primo nota ꝙ cũ dicimus feminarꝫ pl'sus fore paruos ẽt puerorꝫ masculorꝫ tñ ⁊ iuuenũ magnos. Intelligit̃ hoc totũ cõparando pulsus puerorꝫ ad iuuenes ceteris paribus ⁊ feminarꝫ simil'r ad masculos. ⁊ econtra. Notũ. n. est ꝙ alias faciendo cõparatões in genere mulierꝫ reperit̃ pulsus magn⁹ tẽperatus ⁊c. ⁊ simil'r in alijs. ¶ Scd̃o nota ꝙ pulsus puerorꝫ cõsiderari põt dupliciter ꝑmo in cõꝑatione ad pulsum iuuenũ. ⁊ sic pulsus puerorꝫ ẽ paru⁹ velox frequẽs ⁊c. scd̃o ꝯsiderari põt pulsus iuuenis ⁊ pueri vtrũq̃ cõꝑatio respectu q̃titatis ꝓprie sue molis. ⁊ sic pulsus puerorꝫ nõ debꝫ dici ꝑuus: imo magnus velox frequens ⁊ fortis. Causa ꝑmi esse põt: q: instr̃ꝫ est q̃titatiue minus v̓tus ẽt est debilior. necessitas v̓o est multa tã euẽtatõis q̃ mũdificatõis vt tangit̃ in l'ra. iõ qd̃ ex magnitudĩe deficit opꝫ ꝑ velocitatẽ ⁊ frequentiã recõpensari. Causa v̓o secũdi est: q: lꝫ absolute ad minores dimẽsiones dilatet̃ artaria pueri ⁊c. ille tñ dimensiões ad quas illa artaria dilatat̃ sunt tãte ꝓportiõabil'r respectu pueri q̃te sunt dimensiões ad quas dilatat̃ artaria iuuenis respectu eiusdẽ. vbi gr̃a. si artaria iuuenis sit latitudinis pedalis: pueri v̓o semipedalis: ⁊ sit artaria pueri subdupla ipa tñ dilatat̃ ad spatiuꝫ subduplũ siue proportõabile ⁊ illud inuit Aui. in l'ra. ¶ Dubiuꝫ. videt̃ ꝙ puerorꝫ pulsus dꝫ esse fortior: q: virt⁹ vitalis in eis est fortior: vt secũdo colliget: ⁊ capl'o de etatib⁹ est declaratũ ⁊ inuit̃ illud idẽ. 6. de regimine sanitatis: ſ virt⁹ vitalis ẽ virtus pulsatilis siue aqua ꝓuenit pulsus. iõ ⁊c. ¶ Ad hoc dr̃ ꝯcedendo in pueris fore pulsuꝫ fortẽ ꝑꝑ multitudinẽ caloris magnũ respectu molis. velocẽ vero ⁊ frequentẽ ꝑꝑ causas tactas in littera: est tñ pulsus paruus ⁊ debilis respectu iuuenis ꝓpter virtutẽ nõ esse ita fortẽ nec instrumentũ esse ita ꝓportionatuꝫ virtuti sicut in iuuene contingit. ⁊ dicitur concedendo ꝙ virtus vitalis quo ad posse vitã in mẽbris cõseruare ẽ fortior in pueris q̃ in iuuenib⁹: quo tñ ad posse pulsuꝫ magnificare ẽ debilior. ⁊ scd̃m ꝑmũ intellectũ ꝓcedunt auctoritates allegate.

¶ Iuuenũ vero pulsus ẽ m'lte magnitudinis: ⁊ nõ est m'lte velocitatis: imo in ipsa est valde diminutus ⁊ in spissitudine ⁊ ad raritatẽ tendens: ⁊ illorꝫ qdẽ pulsus q in principio iuuentutis existũt ẽ maior. Et eorꝫ q sunt in medio iuuẽtutis ẽ fortior. Et nos qdẽ iã d̓clarauim⁹ ꝙ calor in pueris ⁊ iuuenibus fere est similis. ergo necessitas ĩ eis erit ꝓpinqua: sed virtus ĩ iuuenib⁹ est augmẽtata. habebit̃ ergo ex magnitudine ꝙ in ipsis restaurat qd̃ defuerit ex velocitate ⁊ spissitudine. Et principiũ quidez rei: vñ ꝓuenit magnitudo ẽ virtus: sed necessitas ẽ appetẽs ⁊ instr̃m qdẽ est adiuuãs.

¶ Primo nota ꝙ cũ in iuuẽtute sit virt⁹ fortis potẽs instr̃m satis dilatare ⁊ pulsuꝫ magnũ efficere: non tñ est necessitas cãte velocitatis vel spissitudinis sicut in pueritia: ꝑꝑ qd̃ in iuuẽtute est pl'sus maior q̃ in pueritia tardior aũt ⁊ rarior. ¶ Scd̃o nota. diceret aliq̃s videt̃ ꝙ iste textus est ꝯ põnez tuã: q: a pueritia versus iuuentutez ꝓcedit magnitudo pulsus augẽdo: ⁊ tñ velocitas ⁊ spissitudo ꝯtinue minorãdo vt pꝫ. igit̃ ⁊c. ¶ Dicit̃ hic ꝙ nõ aduersat̃: q: hoc non ẽ stante fortitudĩe ⁊ v̓tutis instr̃i obediẽtia v'l inobediẽtia: vt pꝫ ex dictis. Fit. n. pulsus hic maior ꝑꝑ virtutis fortificationez ⁊ ampliatõez instr̃i. ¶ Nota tñ ꝙ cõparando iuuenẽ ad iuuenez ille in quo pulsus ẽ maior hꝫ ẽt velociorẽ ⁊ frequẽtiorẽ ceteris parib⁹. ¶ Tertio nota ꝙ in ꝑncipio iuuẽtutis pulsus ẽ maior aut ꝑꝑ instr̃i obedientiã maiorem: aut q: simul nec̃itas mũdificãdi cũ nec̃itate refrigerãdi ꝯiungit̃: aut dr̃ solũ manifeste maior: ſ in ꝓcessu nõ solũ manifeste maior: ſ etiã manifeste fortior. ¶ Quarto nota ex ista ꝑticula soluitur dubiuꝫ tacite pos'e moueri: q: si necessitas ẽ fere equalis in puero ⁊ ĩ iuuenib⁹ quare nõ pulsus. pꝫ solutio in l'ra.

¶ Senuꝫ aũt pulsus ẽ minor propter debilitatem: ⁊ minoris velocitatis propter hoc etiaꝫ: ⁊ propter diminutõez necessitatis: ⁊ propter hoc est rarior. ⁊ pulsus quidem senũ qui iam multũ processerũt in annos ẽ paruus ⁊ rarus ⁊ tardus: ⁊ ẽ cũ ẽ mollis ꝓpter hũores extraneos ⁊ nõ ꝑꝑ naturales.

¶ Nota in senib⁹ siml'r ẽ diminutã necessitatẽ multũ ⁊ v̓tutẽ multũ debilitantẽ: vnde ꝓpter debilitatẽ est pulsus ꝑuus: ⁊ q: cũ hoc necessitas est multũ diminuta est etiã rarus. totũ residuũ littere patet vsque ad finez capituli.

¶ Cap. VIII. est de pulsu complexionum.

Pulsus calide complexionis vehementis ẽ necessitatis. Et si virtus cõuenerit ⁊ istrumentũ erit pulsus magnus. Si ergo vnum eorꝫ diuersificabit̃ erit quẽadmodum dictũ ẽ in precedentibus.

¶ Primo nota per cõplexionẽ calidã in ꝓposito intelligere debemus cõplexionẽ calidã totius ⁊ ꝑncipaliũ membrorꝫ ⁊ maxime cordis respectu cõplexionis tẽperate totius ⁊c. ⁊ ꝑ necessitatem vehementẽ consil'r necessitatẽ euentãdi auctã respectu nec̃itatis q̃ est in tẽꝑata cõpl'one. cõpl'onis. n. temꝑate necessitas nõ dr̃ magna nec aucta vel diminuta: ſ mediocris vel tẽꝑata ⁊c. ¶ Scd̃o nota ꝙ in casu in quo ꝯpl'o sit calida cũ necessitas sit aucta. Si virt⁹ erit fortis ⁊ instr̃m obediens pulsus erit magnus respectu tẽperate ꝯplexiõis: q: ꝑma dr̃ia que acquirit̃ notabiliter per necessitatẽ auctã stante fortitudine ⁊c. ẽ magnitudo. tacuit autez alias dr̃ias que per necessitatis augmentuꝫ acquiruntur: puta velocitatem ⁊ spissitudinẽ dans eas itelligere per magnitudinẽ. Et ex isto textu volũt quidaꝫ concludere de mente Auicen. ꝙ per necessitatẽ auctã stante fortitudine possibile est acquiri solã magnitudinẽ in pulsu. ¶ Ad qd̃ respondendũ est ꝙ lꝫ

prius nōtabiliter varietur magnitudo omnes tamen adhuc preter magnitudinē variātur. ¶ Tertio nota superi⁹ dictū esse virtute existēte debili aut instrumēto inobediēte quantuncūq; sit necessitas augmētata pulsuz inde magnū prouenire posse. Si enim deficit virtus deficit agens magnitudinem. Si aūt instrumētū est inobediēs deficit virt⁹ seu dispō passi. actus. n. actiuoꝝ nō recipiunt nisi in patiente bene disposito secūdo de anima. ideo ⁊c. ¶ Ex quo sequit̄ ꝙ necessitate existe magna ⁊ aliquo istoꝝ deficiēte prouenit pulsus velocior aut frequētior ꝙ̄ in tēperato nisi sit extrema virtutis debilitas aut extrema instrumēti inobediētia a quib⁹ nō solū paruus: sed tardus ⁊ rarus fit pulsus. ¶ Sequit̄ secundo ꝙ possibile ē necessitate existe aucta respectu temperati pulsuz inde ꝓuenire in magnitudine tēperatū: q2 cū necessitate aucta potest fieri pulsus magnus ⁊ etiā paruus virtute existēte debili. igit̄ pōt fieri temperatus i magnitudine. tota ꝯn̄a pz. ¶ Sequit̄ tertio non fore repugnās duos fore pulsus in his trib⁹ drījs. s. magnitudine velocitate ⁊ spissitudie oino similes: ⁊ tn̄ vnus illoꝝ ē salutis signū alter vō mortis: ⁊ pz satis hoc corpoꝝ intelligēti. ⁊ casus tactus ē supra.

¶ Et si caliditas quidem non male fuerit complexiōis immo naturalis erit complexio fortis ⁊ sana ⁊ virtus multum fortis. ⁊ neq; existimes ꝙ calor innatus si fuerit fortis ꝙ̄tuncūq; sit minuat ex virtute: immo ex eo prouenit in substantia spiritus fortitudo ⁊ in anima audacia. Calor vero cōplexionis malitiā sequens quanto plus augmentatus fuerit tanto in virtute plus debilitatem augmentabit.

¶ Primo nota eadē mensura caloris in gradu potest esse naturalis: q2. s. nature ꝓportionata ꝓ suis opatiōib⁹ exercēdis ⁊ inaturalis: q2 nature disproportōata ꝓ suis opationib⁹: q2 eius operationes impediēs. Si. n. fuerit debitaz hn̄s ab humoribus ⁊ spiritib⁹ dependentiā ⁊ debitā proportionez ad humidū mēbroꝝ erit naturalis: ⁊ erit caliditas bone cōplexionis ⁊ ab ea ꝓueniet virtutis fortitudo: q2. s. ꝑ ipsas tanꝙ̄ ꝓportionatū instrumentū reddet̄ virt⁹ potens ⁊c. Ecōtra erit caliditas ꝑ̄ternaturā ⁊ male cōplexionis ⁊ virtutē debilitans. Reddit̄. n. virt⁹ debilis ꝑꝑ iꝓportionalitatē instrumēti ad suas exercēdas opatōes. Ex qb⁹ sequit̄ duas equales mēsuras caloris fore naturalis tn̄ vnā magis naturalez: q2 magis ꝓportionatā: eo ꝙ melius pendet a spiritib⁹ ⁊ humorib⁹ vt caliditas sanguinei in p̄mo ⁊ colerici in p̄mo aut calidi tantū ⁊ calidi ⁊ sicci vtrobiq; i p̄mo. ¶ Ex quo vlteri⁹ sequit̄ ꝙ stat caliditatē crescere in naturalitate tn̄ nō crescere in mēsura. ⁊ silr̄ ecōtra. Quāto aūt plus crescit in naturalitate tūc efficit̄ virtus fortior ⁊ crescit audacia. Et hic pōt esse itellect⁹ Aui. dū dicit. Nec existimes ⁊c. Calor. n. ꝙ̄to plus auget̄ duz tn̄ cū hoc crescat naturalitas tanto maiorē facit fortitudinē in virtute ⁊ ꝑmanentiorē fortitudinē. Hic tn̄ non debemus intelligere fortitudinē respectu tēperati: ꝫ respectu fortitudinis quaz causat vel cāret calor naturalis. Et tu hic etiā cōsidera si esset intētio Aui. hic de augmento quātitatiuo an graduali. ¶ Scd̄o nota ꝙ calor inaturalis quāto plus auget̄ ceteris ꝑib⁹ tanto plus augmētat debilitatē virtutis: tum q2 tanto plus resoluit de spū: tum ēt q2 est v̄tutis instr̄m eidē magis disproportionatū. igit̄ ⁊c.

¶ In cōplexiōe v̄o frigida declinat pl̄sus ad partē diminutionis sicut proprie est paruitas ⁊ proprie tarditas ⁊ raritas. Cūq; instrumentuz fuerit molle latitudo eius augmētata erit ⁊ eius similiter tarditas ⁊ raritas. Qr̄ si duruz fuerit erit minus hoc. Et debilitas qdem quā mala complexio frigida hereditare facit maior est ea quaz mala complexio calida facit hereditare: quoniā caliditas. s. calori innato magis est conueniens.

¶ Primo nota ꝑ ꝯpl̄onē frigidā in ꝓposito itelligit̄ frigidaz respectu tēꝑati siue naturalr̄ siue ꝑ̄naturalr̄ fuerit talis i qua pulsus declinat ad partē diminutōis in qualibz istaruz trium p̄ncipaliū differentiaꝝ. s. magnitudinis velocitatis ⁊ spissitudinis. Cū. n. sit in ea virtus debilis ⁊ necessitas diminuta videt̄ fieri debere pulsuz paruuz tardum ⁊ raꝝ. ⁊ iste textus multū cōsonat pōni mee. ¶ Secundo nota ꝙ instrumento existe moli fiet pulsus latus: aut ꝑ mole intelligendo inobediēs: ⁊ tūc pz cā: q2 sicut durities ipedit latitudinē ita molities auget: q2. s. fiet latior quā fieret si nō esset tāta molities: vel per molle intelligēdo humidū valde. flexibile ꝑꝑ qd̄ vna tunica declinat suꝑ alterā propter qd̄ virtus n ō potens vnā tunicā ab alia eleuare secundū altitudinez quātuz expedit cogit̄ artariā scd̄m latitudinez ampliare: eꝯ vero si instr̄m sit duꝝ. ¶ Tertio nota vt supra fen prima capl̄o de ꝯpl̄onib⁹: caliditas magis attiet sanitati ꝙ̄ frigiditas. iō frigiditas videt̄ qualitas v̄tuti magis disproportōata: vn̄ facto excessu frigoris plus debilitat̄ virtus: q2 acqrit rē magis ei disproportōatā. ⁊ dz hoc totū intelligi ceteris ꝑib⁹. Posset eni lapsus in cal̄o eē valde magn⁹ ⁊ in frido valde ꝑuus ꝑꝑ qd̄ plus debilitaret̄ virt⁹ ex lapsu ad cal̄m ꝙ̄ ex lapsu ad frigidū. ¶ Et ex ista lr̄a collige p̄mo ꝙ cuilibz corpori lapsus ad frigidū ceteris ꝑib⁹ ē deterior ꝙ̄ lapsus ad cal̄m. ¶ Secundo ꝙ cuilibz corpori lapsus ad calidū est ꝓportōabilis lapsus v̄o ad frigidū ꝯrius ē vl̄ disproportōabilis. ¶ Tertio corp⁹ flegmaticissimū facili⁹ labit̄ ad cal̄m ꝙ̄ ad frigidū. ¶ Quarto ꝙ tēperamētū equalitatis secūdi modi inequaliter distat ab extremis caliditatis ⁊ fritatis totius latitudinis hūane ꝯpl̄onis. Et infinita quasi alia ꝯcedi possent q̄ tractata sunt supra fen p̄ma: capl̄o de cōpl̄onibus.

¶ Complexionem vero humidam sequit̄ inundatio ⁊ dilatatio.

¶ Nota causaz pulsus vndosi ꝑꝑ humiditatē suꝑius tactaz.
¶ Nota etiā cāz latitudinis pl̄sus ex hoc ꝙ vna tunica declinat supra alterā tunicā vt supra pluries ē assignatū.

¶ Et siccam quidez sequit̄ coangustatio ⁊ durities. Ampli⁹ si virtus fuerit fortis ⁊ necessitas multa accidet hispulsans ⁊ spasmosus ⁊ tremulus. Tu vero deinceps compone cōseruanda principia.

¶ Nota ēt causas duritiei pl̄sus suꝑius tactas ⁊ pulsus spasmosi: que oia supi⁹ patent qn̄ dicebat̄ de causis istoꝝ ⁊c.

¶ Est preterea cū vni homini accidit vt duoꝝ lateꝝ ipsius diuersificet̄ cōplexio. Erit ergo vnū ipsorum frigidum ⁊ alterum calidū ⁊ accidet vt diuersitate que prouenit ex caliditate ⁊ frigiditate horū duoruz laterū pulsus diuersi fiant. Eritq; pulsus calidi lateris pulsus calide complexionis: ⁊ lateris frigidi pulsus cōplexionis frigide.

¶ Nota ꝙ lz motus artariaꝝ p̄ncipaliter ordinet̄ ad cordis refrigeriū: ordinat̄ etiā ad euentationē ꝓprie caliditatis artariaꝝ: vn̄ si in corde staret necessitas vniformis variata tamē artariaꝝ necessitate variaret̄ motus artariaꝝ quāuis nō variaret̄ motus cordis. ¶ Ex quo infert̄ veꝝ esse dictū Aui. s. ꝙ laterib⁹ existētibus difformibus in caliditate ⁊ frigiditate cōuenit pulsuū varietas. ¶ Secūdo nota ꝙ naturaliter in corpore quātuncūq; vniformiter sano est lateruz diuersitas in calore ⁊ frigore. latus. n. dextꝝ calidius ē sinistro. nō tamē est naturaliter hec pl̄suū diuersitas quā ponit Aui. hic. De hac igit̄ diuersitate lateꝝ non itelligit Auic. sz itellectus ei⁹ est de diuersitate lateꝝ respectu naturalis dispositiōis ipsoꝝ vel respectu tēperamenti. verbi gratia existe latere dextro in sor. cal̄o in p̄mo respectu tēperati lateris dextri. ⁊ hic naturalr̄ sinistro v̄o existe frigido respectu tēꝑati aut adhuc temꝑato non seruaret̄ ꝓportionalitas lateꝝ. ⁊ sic etiā nō pulsuū. Similiter existe sor. secundū habitudinē totius temꝑato cōtingēs ē dextrū latus calefieri ꝓpter epatis calefactionez aut pustulā sinistro nō calefacto: imo fortasse infrigidato respectu temperati.

¶ Et ex hoc quidem scitur ꝙ pulsus in diastole sua ⁊ sistole non est secundū modum accessiōis ⁊ recessiōis cordis: imo secundū moduz

diastoles ⁊ sistoles ipsi⁹ corporis arterie.

¶ Nota ex ista littera prius posita sequit ꝙ motus artariaꝝ non semp proportionaliter insequit motũ cordis: ita ꝙ ipso cõstricto dilatentur ⁊ ipso dilatato cõstringãtur. Hoc e niz sic sequitur ex dictis Auicen. qꝛ dictum est pulsus lateꝝ diuersificari ⁊c. vñ videt esse possibile dilatari artariaz dextri ⁊ cõstringi artariam sinistri. Arguitur tunc sic. Constricto corde dilatatur artaria dextri: sed dilatata illa cõstringitur artaria sinistri. igitur ⁊c. Similiter motus artariaꝝ non proportionat motui cordis in magnitudine ⁊c. qꝛ stat in corde necessitatez fore diminutã ⁊ in aliqua artaria particulari ad auctam. ¶ Secũdo nota per accessionem ⁊ recessionẽ cordis intelligere debemus eius dilatationẽ ⁊ constrictionez: Cum. n. cor sit figure piramidalis cũ constringitur elongat ⁊ accedit ad extra appropinquando exteriorib⁹. Econtra vero quando dilatat recedit ad intra. ideo per accessionem sistolẽ ⁊ per recessionẽ diastolẽ intelligere debem⁹. ¶ Sed circa hec occurrunt dubia multa.

Primum dubiuz: qꝛ hoc videtur cõtra mentem Galie. in introductorio pulsuũ dicẽtis artarias cordis simul pulsare: ita ꝙ ex vna liceat sylogizare super oẽs: cuius oppositũ minuit hic. Silr dũ cor ꝯstringit oẽs artarie recipiũt: sed nõ recipiũt nisi dilatent. igitur ⁊c.

Secundum dubiuz est: qꝛ qua ratione aliqua artaria potest a corde hanc habere difformitatem eadẽ ratione quelibet: ponat igit ꝙ quelibet artaria vel alique terminate ad cor sint huiusmodi. ⁊ arguitur ex hoc cõtradictio: qꝛ dum cor constringit impellit i artarias. igitur ipse recipiunt. ⁊ sic dilatant: ⁊ sic cõsimiliter econtra. non ergo poterũt cũ corde simul dilatari aut simul constringi: cuius oppositũ est hoc. igit ⁊c.

Aliud dubiuz est hoc: qꝛ motus artariaruz consequitur motuz cordis vt ait Gal. in libro de vtilitate pulsus satis ad pncipiũ. igit ⁊c. ¶ Itẽ qꝛ motus pncipiatoꝝ dz sequi motũ pncipij.

Ad hec respondetur. ¶ Ad primũ dicitur dictum Galie. debere intelligi stãte vniformi dispositione in toto. Et pro ꝯfirmatõe negat antecedens: illud. s. ꝙ quãdocũqz cor cõstringitur pellit in artarias omnes. vel negatur illa ꝯña. omnes artarie tunc recipiunt. igit tunc dilatantur. Stat enim recipere ⁊ tamen pro tunc constringi: sicut si haberes vesicaz ⁊ comprimeres manibus ⁊ insufflares. Staret enim per tempus ipsam recipere ⁊ ꝯstringi propter cõdensationẽ eius quod in ea continet.

Consimiliter per omnia dicit ad secundum. Tota autez causa est: qꝛ artaria non ideo dilatatur qꝛ recipiat: sed ad finem refrigerij ⁊c. vt tactum est secũdo tegni sufficienter.

Ad tertiuz conceditur ꝙ insequitur ⁊ depẽdet non tamen oportet hunc solũ variari secundũ varietatez dispositionis cordis: vt pz de celesti influentia a qualibet depẽdeant omnes naturales effectus nõ tñ solũ sic variant. Et tu de hoc multa ꝯclude ⁊c.

¶ Cap. IX. est de pulsu tempoꝝ.

In vere quidem est cuz pulsus est par~~uus~~ non tamen in omni re est in fortitudine augmẽtatus.

¶ Primo nota ꝙ hec littera multiplicem põt habere expositionem. Prima ⁊ est antiqua ꝙ in pulsu veris cõtrariamus magnitudinem ⁊ fortitudinez quas inter se comparare possumus quantũ ad eaꝝ intensionẽ ⁊ remissionẽ. Quia igitur in vere necessitas est tẽperata ⁊ virtus valde fortis cum in vere sit tempus temperatũ ⁊ fortitudo virtutis insequatur temperamentũ. ideo in vere maior siue intensior est fortitudo pulsus qꝫ eius magnitudo: propter qd dicit in vere pulsus paruus pauce magnitudinis: supple respectu fortitudinis eiusdẽ. Et ideo dicit Auicen. in littera pulsuz in vere eẽ paruũ. s. respectu fortitudinis nõ tamẽ in omni re: qꝛ nõ respectu cuiuslibet alteri⁹ differentie: qꝛ nõ velocitatis ⁊ spissitudinis. In vere. n. magnitudo excedit velocitatem ⁊ frequentiã cũ virtus valde cõuenienter possit instrumentũ dilatare ꝓ vt cõpetit sue necessitatis augmẽto. ¶ Et ex hoc soluunt quedaz instantie solite adduci auctoritate Galie. ⁊ Aueroys ꝙ pulsus in vere sit magnus. Naz in introductorio pulsuũ dicit pulsus veris maximos esse ⁊ fortissimos. ⁊ Aueroys quarto colliget dicit ꝙ est pulsus complexionis calide. ⁊ huius pz solutio per primã expositionẽ ⁊ etiaz per secundã. Et intellige maximos in cõparatione pulsus aliorum tempoꝝ. ¶ Secũda expositio potest esse qd licet de se in vere pulsus debeat esse magnus vel saltez mediocris merito temperati veris. Per accidẽs tamen cõtingit in pncipio veris pulsuz esse paruũ frequentẽ ⁊ velocẽ. Cum enim in hyeme ver precedente corpora multũ superflue cõmuniter repleant ⁊ supfluitates cõstricte ⁊ coagulate in receptaculis retineant superueniẽte vere elinquant superfluitates iam dicte que eliquate. i. fluentes per corpus virtutem grauantes ⁊ comprimentes ⁊ calidũ suffocãtes sunt causa paruitatis in pulsu. Hoc aũt cõtingit in pncipio veris non aũt in medio vel in fine cũ iaz calidũ inualuerit ⁊ superfluitates resoluerit. ⁊ ideo dicit Auicen. ꝙ contingit aliquãdo in vere ꝙ pulsus ẽ paruus: supple in corporibus valde i hyeme male rectis: ⁊ subdit: nõ tñ in omni re. i. nõ in omni parte veris: qꝛ nõ in medio vel fine. vel nõ in omni re: qꝛ non in corporibus mũdis ⁊ bene rectis. vel forte nõ tamẽ in omni re: qꝛ licet sit paruus secundũ altitudinẽ artaria non potẽte secundũ altitudinẽ multũ leuari ꝓpter oppressionẽ iaz dictã: non tamẽ secundũ latitudinẽ est pulsus paruus: qꝛ. s. tunc ẽ valde latus. ¶ Secũdo principaliter nota ꝙ hic inuenitur vna positio littere que dicit ⁊ est cũ est equalis. Ista equalitas debz intelligi respectu pulsuũ alioꝝ temporum: qꝛ. s. merito dispositiõis que in vere seruante naturã veris reperit in vere reperit pulsus equalis respectu pulsus alioꝝ tẽporum. cum. n. virtus sit fortis ⁊ necessitas equalis vel media pulsus equalis erit vel medius. ¶ Nota tamẽ ꝙ cõparando partes veris inter se in pncipio est pulsus paruus in medio medius ⁊ in fine maior. Cuz eniz in toto vere sit virtus conuenienter fortis ad magnificandũ pulsum variabit magnitudo in pulsu secundũ varietatem necessitatis: que qꝛ in principio est parua ⁊ in medio mediocris ⁊ i fine maior erit pulsus in principio minor in medio medius: ⁊ in fine maior. ¶ Nota tamen ꝙ lz pulsus veris dicatur equalis respectu aliorum tempoꝝ ista tamen equalitas est magnitudo respectu eorundem vt patebit in sequẽtibus. ¶ Ex quib⁹ omnibus collige in summa pmo ꝙ i vere merito sue dispositionis. ⁊ per se est pulsus magnus respectu alioꝝ temporuz in pncipio paruus respectu medij ⁊ finis veris. ⁊ hec possz eẽ alia expositio: ⁊ in medio mediocris: ⁊ i fine maior. ¶ Si tamen queratur in quo tempore est pulsus maior an in estate an in vere: potest dici ꝙ in corporibus robustis est in estate maior potentibus multum resistere impressioni estatis. secundo ꝙ in corporibus multis pauci caloris similiter contingit vt in senibus ⁊ in flegmaticis multis. tertio ꝙ in colericis est precise qd dicitur in littera. quarto ꝙ in estate due sunt cause quarum vna ꝓmouet magnitudinem. s. augmentum necessitatis: alia paruitatem. s. debilitas virtutis. Et qꝛ estas suam seruans naturam magis videtur resoluere ⁊ debilitare qꝫ inflãmare. ideo potentior in estate videtur causa promouens paruitatem qꝫ magnitudinez. ⁊ sic pulsus fit minor ⁊ non maior. ¶ Et secundũ hoc patet quare in febribus in principio augetur pulsus: quia fortior est in promouendo magnitudinem necessitas qꝫ debilitas paruitatem. In processu autem frequenter accidit econtra. ⁊ hic videtur ꝙ in principio estatis pulsus debz esse magnus ⁊ in processu cum resolutio excedit necessitatem fieri. pz enim cum in tali estas notabiliter impresserit. Et nota hoc qꝛ ad multa potest conferre. Potest etiam probabiliter dici ꝙ in estate pulsus est absolute velocior ⁊ frequentior qꝫ in vere. Si enim in estate solum cresceret necessitas manẽte virtute fieret pulsus sue necessitati in magnitudine proportionatus: sed quia cuz hoc debilitatur virtus fit minor qꝫ fieret. ideo minor est qꝫ exigat sua necessitas. ideo necesse est ipsum velociorem ⁊ frequentiorem fieri.

¶ In estate vero est velox ⁊ spissus ꝓpter necessitatez: ⁊ paruus ⁊ debilis propter virtutis resolutionem que est propter resolutionez spiritus que fit propter calorẽ exteriorem dominantem superfluum.

¶ Primo nota ꝙ cū instrumentū virtutis pulsatilis sit spūs
spiritu multū paucificato ⁊ resoluto multū debilitatur virtꝰ
pulsatilis. ⁊ per ꝯñs pulsus inde erit debilis. ¶ Secūdo no
ta ꝙ cū difficilioꝛ differētia q̄ sit in pulsu sit magnitudo vt
supꝛa declaratū est. ideo virtute multū debilitata sicut con
tingit in estate ipsa prius desinet posse facere magnitudinē
in pulsu q̄ȝ aliquā aliaȝ differentiā vt pȝ. ¶ Tertio nota ꝙ
quia in estate necessitas est magna ⁊ virtus nō potest ei cuȝ
magnitudine satisfacere ipsa cogitur quantū pōt per veloci
tatē ⁊ frequētiā recōpensare: vnde in estate ē pulsus velox
⁊ frequēs ⁊ debet hoc totū intelligi in estate seruāte naturā
suam ⁊ maxime quantū ad mediū eius. Quantū eniȝ ad pn̄
cipiū eius attestari videtur veri: ⁊ quantū ad eius finē autū
no: vt infra videbitur.

Primum dubium. videtur hoc non esse verū de
omnibus corporibus: quedā eniȝ sunt
corpora quoꝝ virtus crescit in estate. ideo ī talibus fiet vir
tus fortioꝛ ⁊ maioꝛ. pȝ ꝯña. ⁊ assumptū de corporibus fleg
maticis valde. Sicut etiā videmus de aīalibꝰ imperfectis
debilis caloris vt sunt serpētes ⁊c. Similiter corpore egro
tante egritudine q̄ per estatē curetur.

Dubium secundū. videtur ꝙ in omnibus corpori
bus sanis in estate fiat magnus pulsus:
qꝛ lȝ virtus debilitetur in estate nō tamē apparet fieri debi
lis respectu instrumenti mouēdi ⁊ dilatādi. cuius signū: qꝛ
si superueniat febris adhuc magnificatur pulsus. iō ⁊c. Itē
non minus debilitat virtutē efimera superueniēs q̄ȝ estas:
sed efimera superueniēte remanet virtꝰ fortis ad pulsuȝ ma
gnificandū. ideo ⁊c. Similiter de ira argui pōt

Ad primuȝ istoꝝ dicitur. ꝙ argumentū probat
veritatem. sed illud est per accidēs
merito dispositionis corporis ad estatem transeuntis. Di
ctuȝ aūt Auicē. debet intelligi per se ⁊ merito dispōnis esta
tis que cum sit resolutiua habȝ virtuteȝ debilitare: ⁊ pulsuȝ
paruum ac debilē facere.

Consimiliter per omnia dici posset ad secū
duȝ. vel forte dicenduȝ ⁊ me
lius: ꝙ virtꝰ stāte necessitate naturali habet gradū determi
natum conatus satisfaciēdi sue necessitati quē non preterit
quousq̄ȝ steterit necessitas ītra latitudinem naturalis dispo
sitionis. ideo debilitata virtute ⁊ aucta necessitate stante ta
mē necessitate in terminis naturalibus nō augetur conatus
in magnificādo in tantū ꝙ possit necessitati proportionari:
quoniā si staret virtus ⁊ cresceret necessitas ille conatus sa
tisfaceret: qua tamē debilitata nō satisfacit: vnde cogitur sa
tisfacere per velocitatē ⁊ frequentiā. Sic aūt nō ē de neces
sitate febrili. crescit eni conatus vltra naturales terminos.
¶ Sed dices ex quo virtus est potēs absolute magnifica
re pulsuȝ in estate lȝ nō cū gradu conatꝰ naturalis cū meliꝰ
satisfaciat necessitati per magnitudinē quare nō vlteriꝰ co
nat. ¶ Dicit ꝙ natura nō tantū inclinat vt necessitati satis
faciat: sed vt suā ꝓpriā saluet ꝯstantiā. Et qꝛ augēdo tantū
conatur nō saluaret: eo ꝙ tūc nimiū resolueret de spū. hinc
est ꝙ nō tantuȝ conat ꝙ magnificet. iō ⁊c. Cogita sup hoc.
Causa aūt quare ira magnificat pulsuȝ ⁊ si virtutē debilitet
⁊ sic aliqua letitia ⁊ nō estas aut regio calā mihi appet ista.
Per irā. n. multo plus intendit caliditas ⁊ nečitas q̄ȝ debili
tet virtꝰ: qꝛ ī ira fit subita inflamatio spūs. facíliꝰ. n. fit infla
matio spūs q̄ȝ eius resolō. iō ⁊c. Si aūt multum ꝑmanet ira
ꝓcedente multū resolutōe in spū fieret pulsus ꝑuus ⁊ debi
lis. ⁊ silr de letitia dicendū ē. Ecōtra aūt in estate cōtingit.
¶ Aptis. n. poris lōgo tpe exhalat facile ⁊ resoluit spūs lȝ
non multū calefiat quare maioꝛ ē resolō q̄ȝ calefactio spūs.
⁊ per ꝯñs debilitat plus virtus q̄ȝ augeat necessitas. iō ⁊c.
¶ Contra. Ira in estate superueniēte magnificat pulsus: ⁊
fortioꝛ ē virtus anteq̄ȝ ira supueniat q̄ȝ post. igit antequaȝ
superuēiat ira pōt virtus magnificare pulsuȝ. ⁊ per ꝯñs ⁊c.
¶ Huic dicitur negādo ꝯñam. lȝ. n. virtus ante aduentum
ire sit fortioꝛ ⁊c. nō tñ equaliter spūm suo applicat instrumē
to sič ira supueniēte. ⁊ tu ꝯsidera sup hoc. ¶ Dubiū etiā ē:
qꝛ in debite exercitato in estate fit pulsus magnus.

¶ Et in hyeme est maioris raritatis ⁊ tardio
ris debilitatis: ⁊ cū hoc est paruus: quoniam
virtꝰ debilitat ⁊ in q̄busdaȝ corporibꝰ accidit
vt caloꝛ in ꝓfundo teneat ⁊ adunet ⁊ virtus
fortioꝛ fiat. ⁊ hoc cū complexio calida ē domi
nans ⁊ refrenās frigus ⁊ nō per ipm patiens
neq̄ȝ frigiditas ad fundū vadit.

¶ Nota non esse intentionē Auicē. tempore hyemis pulsuȝ
fieri magnum ⁊ fortem respectu temperati temporis in cor
poribus robustis: sed comparat ad estatem ⁊ autūnuȝ pro
pter causaȝ tactā que causa tangetur etiā prima ꝑfo. in cō
mento illius. ventres hyeme ⁊ vere.

¶ In autūno aūt est pulsus diuersus ⁊ trahit
ad debilitateȝ quancā: sed ipsiꝰ diuersitas est
ꝓpter multitudinē conuersiōis complexiōis
accidētalis in autūno nūc ad calorem nūc ad
frigiditatē. Et ipsius q̄dē debilitas ē etiā pro
pter hoc: complexio. n. diuersa semꝑ deteriꝰ
efficit nocumentū q̄ȝ similis ⁊ equalis licet sit
mala. Et qꝛ autūnus est tēpus nature vite cō
trariū: quoniaȝ caloꝛ in eodem debilitat. ⁊ sic
citas fit fortioꝛ. Temporum vero pulsus que
sunt inter tempora temporibꝰ proportionant
que sunt circa ipsa.

¶ Nota in autūno fit facilis mutatio de calore ad frigus. ⁊
econtra ꝓpter aeris subtilitatē ad quod sequit spūs motus
inordinatus ad intus ⁊ ad extra. ⁊ per ꝯñs pulsus diuersus
⁊ debilis ad qđ etiā cōcurrit contrarietas autūni ad vitam
secundū qualitatē eius. hec omnia colligunt. secūda ꝑmi ca
pitulo de naturis tempoꝝ. ⁊ secūda affoꝛismoꝝ. illo affoꝛis
mo. In temporibꝰ quādo eadē die ⁊c. ¶ Secūdo nota ꝙ
per ꝯplexionē diuersaȝ in ꝓposito tria intelligere possumꝰ.
Primo per cōplexionē diuersaȝ cōplexionē cuius aliq̄d est
factuȝ ⁊ aliquid est futuꝝ fieri siue fiens qualitercūq̄ȝ suma
tur fiēs. ecōtra vero ꝑ equalē factā. ⁊ sic non est veꝝ. notuȝ
eniȝ est ꝙ ceteris paribus deterioꝛ est mala cōplexio facta
q̄ȝ fiens. ¶ Secundo per cōplexionē diuersam intelligere
possumus malā cōplexionē cōpositā. s. vel ex cōtrarijs vel
ex diuersis econtra per equalē simplicē. Sic iteꝝ nō est ve
rum dictū Auicen. nec sic intelligit. Notū est. n. ꝙ deterio
res sunt plures morbi q̄ȝ vnus ceteris paribꝰ. ¶ Tertio ꝑ
malā cōplexionē diuersaȝ intelligere possumꝰ dispōnē tem
poris diuersaȝ siue difformē. s. aeris quo ad tēpus: qꝛ. s. nūc
calida nunc frigida ⁊c. ⁊ de tali intelligit in proposito. ideo
semꝑ ceteris paribus huiusmodi mala cōplexio siue sit ī no
bis siue extra nos quo ad tēpus corpꝰ difformiter siue ꝯtrio
mō affligens ē deterioꝛ. Residuū satis pȝ.

¶ Cap. X. est de pulsu regionum.

r Egionū quedaȝ sunt temperate vena
les ⁊ quedaȝ sunt calide estiue: ⁊ que
dam sunt frigide hyemales: ⁊ quedaȝ
sicce autūnales. Judicia igitur pulsuū erunt
in eis secunduȝ modum quem sciuisti de pul
su temporum.

¶ Nota: lȝ regio autumnalis ⁊ vernalis in qualitatibus suis
videantur conuenire: dicitur tamen autūnalis regio que fa
ciliter recipit mutatōes: sic tempus autūnale aut ꝓpter vē
tos aut aliq̄d huiusmodi. Ecōtra vō dr̄ vernalis.

¶ Cap. XI. est de pulsu q̄ prouenit ex cibo ⁊ potu.

e Xterius corpori aduenientia ⁊ ipsum
ingredientia pulsus dispositioneȝ mu
tant qualitate sui ⁊ quātitate. Sȝ qua
litate: quoniam si ad calefaciendum declina
uerint aut ad infrigidandum mutabūt ipsum
secundum illud.

¶ Primo nota ꝙ lȝ ꝑ corpori extrinsecus aduenientia ⁊ igre
dientia ipm intelligere possumus nō solū cibum ⁊ potum: ⁊
etiā aerem medicinas ⁊ huiusmodi. in ꝓposito tamē est ser
mo de cibo ⁊ potu quibus non solum competit corpus no
strum localiter ingredi: sed etiam competit in corporis sub
stantiā transmutari: vnde ipsis magis ꝓprie cōpetit corpus

noſtrum ingredi iuxta antiquam diſtinctionẽ ꝙ ingredientia corpus noſtꝝ quedã localiter: ⁊ quedã localiter ⁊ ſubſtãtialiter ingreditur. Exemplum primi vt aer. Exemplum ſecundi vt cibꝰ ⁊ potus. ¶ Secundo nota per qualitatez hic indifferenter intelligere poſſumus qualitatẽ actiuã vel paſſiuam manifeſtã vel occultam: primã vel ſecundã ⁊c. vt patebit. ¶ Tertio nota ꝙ hec variant pulſuz aut diſpoſitionem virtutis pulſatilis fortificando vel meliorando aut ledendo ⁊ deteriorando ſiue per proprietatez ſiue per cõmunitatẽ. Exemplũ primi: vt facilis cõuerſionis cibus exhibitus inanitio. Exemplũ ſecundi vt cibus putridus receptus in ſtomaco putridos mittẽs vapores cordi aut caſus dolorem in corde vel in ore ſtomaci. ⁊ ſic de alĳs ſilr̃ calefaciendo vel infrigidando neceſſitatẽ augent vel diminuunt.

¶ Et quãtitate qdẽ: quoniã ſi equalia fuerint fiet pulſus ĩ magnitudine augmẽtatꝰ ⁊ velocitatis maioris ⁊ ſpiſſitudinis ꝓpter augmentum virtutis. ⁊ caloris ⁊ ꝑmanebit hec mutatio aliq̃zdiu. Et ſi plurime magnitudinis valde fuerit erit pulſus diuerſus abſq3 ordĩe propter grauitatẽ nutriẽtis ſupra virtutẽ: qm̃ ex omni grauitate prouenit in pulſu diuerſitas. Et qdẽ eſtimauit Archigenes ꝙ eius velocitas eſt tũc multo maior q̃3 ſpiſſitudo. Et hec mutatio ẽ ꝑſeuerãs: quoniã cauſa ꝑſeuerãtie licet ſit multitudinis minoris: hac tamẽ eſt diuerſitas ordinata. Et ſi pauce fuerit quantitatis erit pulſus minoris diuerſitatis ⁊ magnitudinis ⁊ velocitatis: neq3 eius mutatio diu ꝑdurabit: quoniã materia pauca cito digerit. Amplĩꝰ ſi virtus deficiat ⁊ debilitet̃ ex multitudine aut paucitate q̃cũq3 fuerit ſimiles erũt pulſu in paruitate ⁊ tarditate vſq3 in finẽ rei. ꝙ ſi natura fortis fuerit in digerendo ⁊ cõuertendo fiet pulſus temperatus.

¶ Primo nota hic ex dictis Auicẽ. hãc diſtinctionẽ. ſ. quãtitas cibi aut eſt equalis aut eſt inequalis. Si inequalis aut deuiãs ab equali per multitudinẽ aut per paucitatẽ. vtrũq3 iſtoꝝ poteſt eſſe dupliciter: q2 vel multũ ⁊ extremaliter vel paꝝ. Et ſecundũ hoc cõtingit pulſum multũ variari ratiõe quãtitatis ſicut poſt ſtatiz apparebit. ¶ Secũdo nota hoc dictũ Auicen. ꝙ cibus equalis quãtitatis auget ⁊c. deb3 intelligi deducto impedimẽto apto ꝓuenire ex parte ſue qualitatis: quia. ſ. hoc cibo exiſtente temperato in qualitate ſua. ¶ Tertio nota ꝙ aliter operat̃ cibus quãtuncũq3 temperatus ⁊ equalis in principio cũ occurrit corpori noſtro ⁊ aliter in ꝓceſſu dũ conuertitur in chilũ: ⁊ aliter dum conuertitur in ſanguinẽ: ⁊ reſtaurat membroꝝ ſubſtãtiã: ⁊ aliter etiã occurrens corpori multũ inanito ⁊ debilitato ex inanitione ⁊ aliter in corpore mediocriter inanito. verbi gratia. exiſtente vehementi inanitione ꝓpter ꝙ eſt pulſus debilis ⁊ paruus valde cibo tẽperato ſtatim aſſumpto fit pulſus fortior ⁊ maior. Similiter ſi ſor. eſſet ieiunus ⁊ non nimis inanitus tẽperatus cibus occurrẽs pulſuz minorando neceſſitatẽ aliqualiter paruificaret in ꝑ̃ncipio: ſed in ꝓceſſu ipõ ĩ ſanguinẽ ⁊ ſpiritũ mutato fieret pulſus maior ⁊ fortior. ſ. ipſo trãſeunte in ſubſtantiã mẽbroꝝ. ¶ Ex hoc ſoluunt̃ dubia.

Primum. cibus temperatus occurrens in quantitate temperata facit ipm̃ pulſuz temperatũ. igitur non magnũ velocẽ ⁊ frequentẽ. p3 cõſequentia. ⁊ aſſumptũ arguitur. Cibus calidus in quãtitate temperata facit pulſum magnũ: frigidus paruuz. igit̃ medius facit mediocrem ſiue temperatũ vt p3. ¶ Et confirmatur: q2 cibo temperato conſeruat̃ corpus in temperie. igitur permanet temperies in pulſu.

Secundum dubiuz. Cibo occurrente calor ⁊ ſpiritus reuocantur ad intra. igit̃ pro tunc minoratur pulſus. patet conſequentia. ⁊ aſſumptũ ſimiliter eſt notum.

Tertium dubiuz: ⁊ eſt confirmatio eiuſdẽ. Cibus refrigerat calorẽ. igitur minorat neceſſitatẽ. ⁊ per conſequens pulſuz. p3 ꝯña. ⁊ colligitur aſſumptũ in libro de morte ⁊ vita. Similiter: q2 cibus eſt cõtrarius calori: ſed quorumcunq3 contrarioꝝ debite approximatoꝝ vnũ remittit alterum. ideo ⁊c.

Ad primum iſtoꝝ dicitur ꝙ nõ repugnat eundem pulſuz diuerſis cõparatũ dici magnuz velocem ⁊ frequentẽ reſpectu vnius. ⁊ tamen reſpectu alterius dici temperatũ. verbi gratia. pulſus temperati temperate exercitati eſt magnus velox ⁊ frequẽs reſpectu pulſus eiuſdẽ quieſcẽtis qui eſt tamẽ temperatus reſpectu pulſuũ aliarum complexionũ. Similiter in ꝓpoſito cibꝰ temperatus tẽperate quãtitatis facit pulſuz temperatũ reſpectu diſtemperati cibi qui tamen eſt magnus velox ⁊ frequens reſpectu pulſus reperti tempore inanitionis. ⁊ ſic cedit argumentum.

Ad ſecunduz dicitur ꝙ illud argumentũ probat veritatẽ. ſ. ꝙ in ꝑ̃ncipio minorat pulſuz vt tactũ fuit: l3 ſit contingens oppoſitũ ſtante inanitione vehemẽti vt declaratũ fuit. ¶ Ex quo ſequitur hanc conſequentiã non valere in ſor. cõtinue neceſſitas ſit minor. igit̃ ⁊ pulſus. Stat eni3 neceſſitatẽ ꝯtinue minorari: ⁊ tamẽ pulſuz continue maiorari. verũtamẽ illud argumentum bene valeret ſtãte fortitudine virtutis ſimul preſuppoſita obedientia inſtrumenti.

Ad tertiuz ꝯſimiliter dicit̃ ſicut ad ſecũdũ vt p3 intuẽti. totũ reſiduũ lr̃e p3 vſq3 ibi.

¶ Et vinũ etia3 ꝓprietatẽ h3: ⁊ eſt quoniã ex multitudine ipſius l3 ſit ſubtile ꝓuenit diuerſitas. ex ipſo tamẽ nõ ꝓuenit ꝙ ſi tantũ quantũ illud qõ ꝓuenit ex nutrientibꝰ que ſibi ſimilãtur: ⁊ hoc qdẽ eſt ꝓpter raritatẽ ſubſtãtie ipſiꝰ ⁊ ſubtilitatẽ eius ⁊ leuitatem.

¶ Nota vinũ multo citius inducit pulſus diuerſitatẽ q̃3 alia cibaria propter velociorẽ eius penetrationẽ: inducit tamẽ leuiorẽ ſiue minorẽ diuerſitatẽ ꝓpter ſubtilitatẽ ⁊ leuitatẽ: vnde minus grauatur virtus ⁊ opprimit̃ calor ⁊ minus ꝑſeuerat hec diuerſitas ꝓpter eandẽ cauſa3.

¶ Cum aũt vinũ in actu eſt frigidũ ꝓuenit ex eo ꝙ prouenit ex alĳs frigidis in minorando ⁊ rarificãdo ⁊ tardãdo velocitate ſue penetrationis. Deinde cũ in corpore calefit remouet̃ velociter ꝙ ex eo ꝓuenit. Vinũ preterea cũ in corpꝰ penetrauerit ⁊ fuerit calidũ nõ elõgabitur multũ a nutura ⁊ accidit velox reſolutio.

¶ Primo nota vinum frigidũ actu corpus ingrediens propter velocitatẽ ſue penetratiõis penetrat ad membra actu frigida: vnde multũ ⁊ velociter infrigidando ⁊ minorando neceſſitatẽ facit pulſu3 paruu3 tardũ ⁊ rarum: q2 tamen valde paſſibile eſt ⁊ faciliter calefactibile a calore: ⁊ cũ hoc eſt virtualiter calidũ huiuſmodi frigiditas cito remouetur ⁊ inducitur oppoſita caliditas ⁊ facit pulſu3 magnũ ⁊ velocem ⁊ frequentẽ. ¶ Secundo nota ꝙ vinũ actu calidũ corpus ingrediens nõ multũ elongatur a calore naturali. tunc eni3 conuenit ſecundũ caliditatẽ actualem: q2 calidũ eſt. ſecũdo etiã ꝯuenit ſecũ ſcðm qualitate3 v̾tualẽ: q2 v̾tualiter calidũ eſt ⁊ ſecundũ occultam proprietate3: q2 paratum eſt cito in ſpiritum tranſmutari. ideo ⁊c. ¶ Tertio ex iſta littera nota duos canno. in practica. Primus eſt cũ intendimus mẽbra infrigidare debemus dare vinum actu frigidũ vt in problemate dictũ fuit de ſitis extinctione facta a vino limphato. Cu3 aũt intendimus calefacere vinum actu calidũ demus tio. illud ſumit̃ hic. Secũdus canno. ẽ ꝙ medicine quas volumus ad membra multũ profunda velociter penetrare debent exhiberi cũ vino. ideo Auicen. ſecunda tertĳ capitulo de paraliſi medicinas ei cõueniẽtes docet cũ vino maxime approximare vt metrida. tyriaca ⁊c.

¶ Et ſi cũ eſt frigidũ penetrauerit fiet ex nocumento qõ non fit ex alĳs frigidis rebus: quoniam ille tardant̃ donec calefiant neq3 caru3

penetratio est ita velox vt istius. Istud enim
velocius penetrat q̄ compleatur calefactio: ⁊
eius quidem impedimentū est magnū ⁊ pre
cipue in corporib⁹ que horripilatiōi sunt apta.
Et neq̄ est sicut impedimentū calefactionis
ipsius cum ipsum calidū penetrat: quoniam
eius calefactio i principio obuiatiōis nō per/
uenit ad hoc vt magnū faciat impedimentuz:
immo natura ei obuiat cū partitiōe ⁊ distribu/
tione ⁊ resolutione. Frigidū vero est cū natu/
ram deficere facit ⁊ eius virtutē extinguit an
teq̄ ad partitionē ⁊ distributionē ⁊ resolutio
nem perueniat. Et hoc quidez prouenit ex vi
no multitudine sue quantitatis ⁊ calefactiōe
ipsius ⁊ frigiditate.

¶ Primo nota ꝙ frigidorū aliorum a vino ingredientiū cor
pus nostrū quedā sunt talia actualiter quedā potētialiter si
ue virtualiter. de his que sunt virtualiter talia notū ē ꝙ nō
infrigidāt p̄mo occursu. nisi eniz prius reducant ad actū nō
producūt actum infrigidādi. ⁊ per cōsequēs nisi prius cale
fiant ⁊c. Que vero actu solum frigida non sunt ita velocis
penetrationis sicut vinū: vnde opz illa prius notabiliter ca
lefieri ⁊ eorū frigiditatez remitti q̄ penetrēt. ⁊ per cōsequēs
nō tantū est nocumētum eorū sicut vini ⁊ hoc vult Auicen.
in littera. ¶ Secūdo nota ꝙ hic quādoq̄ inuenitur littera
habēs opilatōez. ⁊ q̄n̄q̄ horripilationē. ⁊ quādoq̄ vtrūq̄.
Causa autem vtriusq̄ ē ⁊ primo opilationis. Cuz eniz vinū
penetret anteq̄ calefiat ad mēbra actuali sua frigiditate au
get opilationes in corporibus ad hoc aptis ꝯstipādo ⁊ cō/
stringēdo: deducēdo etiam secū materias ⁊ ipsas coartādo
in vijs ⁊ ductibus membrorū. Per corpora aūt horripilatōi
apta itelligere debem⁹ corpora extēuata macra plurimi sen
sus quorū mēbra faciliter percutiunt ⁊ patiūtur ab actu fri/
gidis quibus multum nocumētum inferre debet vinū actu
frigidū valde: vt pz. ¶ Et ex isto in practica seruandū ē ꝙ
corpori multū sitibundo ⁊ calefacto aut famelico nullaten⁹
exhibeat vinū actu frigidū. penetrat. n. actu frigidū anteq̄
calefiat. ⁊ per consequēs indigestum multa potens inferre
nocumēta. ¶ Tertio nota ꝙ nocumentū vini calidi non ē
tantū sicut nocumētuz vini frigidi. Primo q: caliditas est
qualitas nature cōueniētior q̄ frigiditas. secundo q: vino
existēte actu calido naturalis calor ꝑpter simboleitatem in
ipsum imprimit facilius actionē ip̄m diuidendo ⁊ diuersis
partibus distribuendo ⁊ superfluū eius resoluendo. In ha
bentibus eniz simboluz facilior est transitus: ¶ Nota pro
tua positione istum textū. Nunq̄ autem augmentum efficit
quin in velocitate addat.

¶ Cum aūt ipsuz consideratū fuerit vnde for
titudinem efficit alia habebit iudicia cū ip̄m
sua essentia fortes efficit sanos: ꝑpterea ꝙ ve
lociter prebet augmentū in substātia sp̄ūs.

¶ Nota ꝙ vinū facillime cōuertitur in sanguinē ⁊ spiritum:
⁊ ideo est causa multiplicatiōis spirit⁹ in corpore. Spiritus
autem multiplicatus reddit corpus robustius ⁊ fortius ad
operationes. Dixit aūt notanter sanos: quia non quoslibet
egros fortificat: vt patet ⁊c.

¶ Sed lz calefactio ⁊ infrigidatio q̄ ex eo fiūt
plurima corporū impediāt: est tamen cū vna/
queq̄ earum cū aliqua conuenit complexiōe
⁊ est cū non conuenit. Est nāq̄ cum res frigi
de eos fortes reddūt qui complexionem cali
dam malā habent. sicut dixit Galie. ꝙ succus
granati calefactos semp fortes efficit: ⁊ ydro
mel ifrigidatos semp reddit vigorosos. Vi/
nū preterea vnde ē calidū natura aut frigidū
natura est cū quosdā fortes facit ⁊ quosdā de
bilitat. Nō tamē sermo noster est nūc de hoc

immo in virtute ei⁹ qua velociter ad spiritum
cōuertit: quoniā hoc semper habz ꝑ sui essen
tiam. Et si vnū horum duorū ipsum in aliquo
corpore inuenerit augmētabit in faciendo forti
tudinē: ⁊ si ei cōtrariū extiterit minus fortitu
dinē faciet. secundū hoc igit ip̄m pulsum con
uertet secūdū hoc: quoniā si fortitudinē faciet
i pulsu augmētabit fortitudinē: ⁊ si calefaciet
in necessitate efficiet augmētū. ⁊ si ifrigidabit
minorabit necessitatē. ⁊ secūdū plurimū i for/
titudine facit augmentū. nūquā aūt in necessi
tate efficit augmētū quin in velocitate addat.
Aqua vero ꝑpterea ꝙ nutrimētū penetrare
facit vigorat ⁊ similitudinē opatiōis vini ope
rat. Et quoniā nō calefacit: imo infrigidat nō
tantū auget in necessitate quātū vinū.

¶ Tota littera pz. ¶ Nota tamē per ydromel itelligere de
bemus aquā mellis ⁊ dicit ab ydros grece qd idem est qd
aqua latine. Succus granatorū ē triplex sicut triplicia sunt
granata scilicet dulcia acetosa siue pontica ⁊ muza. Dulcia
ab auctoribus ponitur frigida ⁊ humida in primo gradu.
Pontica frigida ⁊ sicca a quibusdā plus a quibusdā min⁹.
muza vero sunt media inter hec. ad ꝑpositū de his omnib⁹
verū dicit Galie. Totū residuū pz satis clare.

¶ Cap. XII. est de eis q̄ somnus ⁊ vigilie opant i pulsu.

P Ulsus quidem iudicia in somno diuer
sificantur secūdū horam somni ⁊ secun
dum dispositionē digestionis.

¶ Primo nota ꝙ ex somno variātur iudicia pulsus. Primo
comparādo somnū vniuersaliter ad vigiliā. Cum eniz in vi
gilia aliter q̄ in somno se habeat calor naturalis ad mēbra
alia insurgit necessitas ⁊ virtus fortitudo ⁊ debilitas. ⁊ per
consequēs alie in pulsu differētie. similiter etiaz quantū ad
tēpora somni. Cū eniz in principio calor ad intra reuocet: ⁊
in processu expādatur ad extra: ⁊ alia sit necessitas tēpore ex
pansionis: ⁊ alia tēpore reuocatiōis: sequit etiā ꝙ ad horā
somni variantur iudicia pulsus. cū eniz in pricipio digestio
nis calor a nutrimēto aliqualiter refrigeret: videt ꝙ in prin
cipio digestionis aliter se habere debet pulsus q̄ in proces
su: cum iam spiritus ⁊ sanguis per digestionem restaurātur.
Similr in p̄ncipio digōnis calor ad intra retrahit in ꝑces/
su expanditur ad exteriora vt tangit in littera. Iunxit autē
somnū cū digestione: q: maxime in somno pficit digestio. ⁊
loquit hic de digōne tā p̄ma q̄ scda q̄ tertia vt patebit.

¶ Pulsus igit in principio somni est paruus
⁊ debilis: quoniā motus caloris naturalis tūc
est ad constringendū ⁊ submergendū ⁊ non
ad dilatandū ⁊ manifestandū: quoniā ipse in
hora illa totus tendit ad occultū: propterea ꝙ
ip̄m anima mouet ad nutriēs digerēdū. ⁊ ma
turandū superfluitates. ⁊ ē sicut supat⁹ ⁊ ob
sessus proculdubio.

¶ Primo nota ꝙ per principium somni vt colligitur hic ab
Auicen. intelligere debemus tēpus in quo calor ⁊ spiritus
reuocant ad interiora ⁊ applicantur nutrimēto ad ipsum di
gerendum ⁊ superfluitates maturandū. ¶ Secūdo nota ꝙ
ex dictis Auicen. colligere possumus plures causas ꝑpter
quas in p̄ncipio efficitur paruus ⁊ debilis. Prima causa re/
spiciens paruitatē tantū est remissio necessitatis que contin
git ꝑpter duo. Primo quia cibus in p̄ncipio nos refrigerat
vt superius declaratū est. ⁊ per consequēs necessitatē remit
tit. secūdo quia calore tendēte ad locū digestionis minorat
eius quantitas circa operationem pulsatilē. ⁊ per cōsequēs
etiā necessitas. secūda causa tangit paruitatē ⁊ debilitatē: ⁊
est: q: in principio somni nō solū ad locum digestionis con
currit spirit⁹ naturalis: sed etiā animalis ⁊ vitalis secunduz
plurimā eorū partem: vnde virtus pauco vtit spiritu circa
pulsatilē operationē. ⁊ per consequēs facit pulsuz paruū ⁊

debilē. ideo ⁊c. ¶ Tertio nota ꝙ pulsum in principio somni comparare possumus aut ad pulsum vigiliaꝝ aut ad pulsum eiusdē in ꝓcessu. vel possumus ipsuꝫ cōparare ad alios pulsus in ꝑncipio somni factos sicut si diceremꝰ pulsuꝫ sor. in ꝑncipio somni factū fore paruum ⁊ debileꝫ respectu pulsus Platonis etiā in principio vel ecōtra. ¶ Ad ꝓposituꝫ primis duobus modis intelligit̄ in ꝓposito. tertio. n. modo aliquis ē paruus aliquis est magnus. ¶ Et ex hoc tanꝙ ex fundamēto solui possunt dubia quedam.

Primum cibus tēperatus tēperate sumptꝰ facit pulsum magnū vel tēperatū ⁊ fortem. igitur nō facit ip̄m paruum ⁊ debilē. pꝫ ꝯña. ⁊ assumptuꝫ supra in p̄cedēti capitulo ab Auicē. quātū ad p̄mā partē disiuncti: sed quo ad secundā arguit̄: q2 cibus calidus in cōuenienti quātitate i ꝑncipio somni facit pulsuꝫ magnū: frigidus paruū. igitur ⁊c. pꝫ consequentia.

Secundum dubiū. in pricipio est fortis virtus necessitas aucta. instrumentū obediens. igitur ⁊c. assumptū probat̄. ꝙ. n. virtus sit fortis patet cibo cōuenienti vigorante virtutē in principio. ꝙ etiam necessitas pꝫ. cibꝰ eniꝫ auget calorem naturalē. silr eius vapores faciūt instrumētum obediēs.

Ad primuꝫ istoꝝ pꝫ ex distinctione. dicitur eniꝫ ꝙ cibus temperatus ⁊c. in ꝓcessu facit pulsum magnū ⁊ forteꝫ respectu inanitiōis aut tēperatū respectu pulsus alioꝝ ciboꝝ cū quo tamē stat ⁊c.

Ad secundum istoꝝ dicit̄ ꝙ in ꝑncipio somni nō est virtus fortis respectu operationis pulsatilis. Contra. dictū est ꝙ cibus temperatus in ꝓcessu quādo cōuertit̄ ad sanguinē ⁊c. facit pulsum magnū respectu tēporis inanitōis. ponat̄ ergo sor. tempore inanitiōs fore vigilantē ⁊ cibo tēperato tēperate sumpto iam cōueniēter in sanguinē ⁊ sp̄ūm conuerso supueniat somnꝰ: ⁊ sequit̄ pulsuꝫ in sor. eē minorē ꝗ̄ quādo erit inanitus: q2 est in ꝑncipio somni. sed ꝙ ip̄e sit maior arguitur: q2 pulsus proueniēs a cibo tēperato iaꝫ cōuerso ⁊ digesto. dicitur ꝙ pulsus est minor ꝗ̄ tempore inanitiōis nisi iam fuerit vltimata: ⁊ ꝙ illud dictū de cibo debꝫ intelligi nisi aliud impediat vt somnus.

¶ Et pulsus etiam est maioris tarditatis ⁊ raritatis: quoniā lꝫ in calore accidat augmētuꝫ secūdū cōstrictionē ⁊ coadunatōeꝫ: tamē priuatus est augmēto qd̄ habet i hora vigiliarū ꝓpter motum calefaciētē.

¶ Primo nota. hic de mēte Auicē. ꝙ tam ex cōgregatōe caloris facta in somno ꝗ̄ ex motu eius facto ad exteriora tempore vigilie accidit augmentū in calore: verū tamē augmētum factū in calore tēpore vigilie plus promouet magnitudinem pulsus. Ex quo videt̄ patere maius esse augmētum in calore: ⁊ maiorē necessitatē tēpore vigilie. Causa aūt esse potest: q2 in somno ꝓprie nō fit augmētum nisi extēsiuū. In vigilia vero auget̄ gradualiter calor ex motu. modo plus ꝓmouet magnitudinē intensio ꝗ̄ extēsio vt pꝫ. ideo probabiliter dici posset hec duo augmēta nō fore bene cōparabilia: licꝫ cōcedere possumus etiā in somno aliqualiter intēdi. ¶ Secūdo nota ꝙ sicut in vigilia crescit necessitas euētandi ita in somno crescit necessitas mundificādi. Sicut. n. i vigilia vapores ⁊ fumi exhalare p̄nt ita i somno nō possunt: sed retinētur. Ex quo sequit̄ in somno sistolē maiorē eē diastole. ¶ Sed cōtra. q2 tunc nō minor esset pulsus in somno ꝗ̄ ad principiū. Etiā q2 sicut est maior necessitas euentādi in vigilia ita maior est necessitas mundificandi in somno. igit̄ sicut diastole vigilie maior est diastole somni: ita sistole somni maior est sistole vigilie. ⁊ per ꝯsequēs quātū maioratur in vigilia tantū in somno. ¶ Sed ad hoc ꝓbabiliter dr̄ concedēdo totuꝫ. dicit aūt hoc: q2 plus pulsus diastolē maxime percipimus: nō autē sistolē. Et ex hoc cōclude ꝙ qes inter diastoleꝫ ⁊ sistolē sequentem ⁊c. est minor ⁊ sistole velocior ⁊c. ¶ Tertio nota ꝙ est tardus ⁊ rarus propter causas superius assignatas.

¶ Et motus qdē plus est ad iflāmandū ⁊ inclinādum. ad partē malitiei cōplexiōis. Sed cōstrictio ⁊ eorum coadunatio temperate minoris sunt iflāmatiōis ⁊ minus extrahūt calorem ad estuationem.

¶ Primo nota malitia cōplexiōis calide maxime ꝓuenit ex intensione graduali caloris: q2 motus plus inclinat ad gradualē intensionē ꝗ̄ cōstrictio. iō ⁊c. ¶ Secūdo nota motꝰ multū inclinat ad intensionē gradualē per accidēs trahēdo sp̄ūm ad exteriora: vnde recipit lucem ⁊ calefactionē. secundo per se cū motus localis naturaliter sit calefactiuus. ideo bene dictū est ⁊c. ¶ Tertio nota notāter dictum esse tēperate. certū eniꝫ est ꝙ intēperata cōstrictio pōt causare caloris extinctōeꝫ. Itē eius inflāmatōeꝫ sup̱fluā: vt pꝫ in putridis ⁊ silr i effimeris cātis ex poroꝝ ꝯstrictōe seu opilatōe.

¶ Et tu qdē hoc scies ex hoc ꝙ anhelitꝰ lari ⁊ ipsius estuatio mlt̄o maiores sunt anhelitu ⁊ estuatiōe eiꝰ cuius calor ē cōstrictus propter causam q̄ similis est somno: verbi gratia. submersi i aqua tēperate frigiditatis q sit exp̱gefactus lꝫ calor constringatur ⁊ fugiat ex hoc: nō tamē augmētuꝫ anhelitus eius perueniet ad id ad quod ꝑueniet labor ⁊ exercitiū que sunt ex ꝓpinqua.

¶ Nota notāter dictū esse tēperate: q2 vbi foret excessus in frigido exēpluꝫ nō videret̄ cōueniens vbi aūt in calido valde pꝫ oppositū contingere. totum residuum satis pꝫ.

¶ Cūqꝫ bene ꝯsideraueris nō inuenies aliud qd̄ calorem vehemētiꝰ incēdat ꝗ̄ labor ⁊ motus. Et vigilie quideꝫ calorem nō efficiūt motu corporis: ita vt cum corpꝰ quieuerit non sit ipsius necessariꝰ: immo faciunt calorē propterea ꝙ spiritus ad exteriora mouetur ⁊ motus eius ad ea est secundum continuitatem ⁊ ista est eius generatio.

¶ Nota non esse intentionē Auicē. motū plus posse in calefaciēdo ꝗ̄ aliqua alia res occurrēs nostro corpori: sed intelligit hoc respectu aliaꝝ reꝝ non naturalium.

¶ Cum autem cibus digestus est i somno redit pulsus ⁊ fit fortior: propterea ꝙ virtꝰ augmentum recipit a nutriēte ⁊ redit illud quod ad profundum descenderat ad regēdum nutriens ad exteriora ⁊ ad suum principiuꝫ. Et propter hoc etiam magnificatur tunc pulsus multuꝫ. ⁊ propterea ꝙ complexiōis caliditas ꝓpter nutriēs auget̄ quemadmoduꝫ diximꝰ ⁊ instrumēti etiaꝫ auget̄ lenitas per id qd̄ ad ipsum ex nutrimēto penetrat. verūtamē sua magnitudine non auget velocitatē neqꝫ spissitudinē: quoniā hoc nō ē illud qd̄ i necessitate p̄bet augmētuꝫ. ⁊ hoc ēt nō est ꝓhibēs restaurari ex eo ꝙ necessariū ē magnitudie sola.

¶ Primo nota illud quod ad ꝓfundū descēdit ad regenduꝫ nutriēs est spiritus qui reuertitur ad exteriora ⁊ reuertitur etiā ad suū ꝑncipiū: q2. s. ad cor a quo etiam tēpore digestionis plurimū recesserat. ⁊ sic fortificat cor. ⁊ per ꝯsequēs virtutē pulsatilē: vnde pꝫ ꝙ virtus efficit̄ fortior. ¶ Secūdo nota ꝙ tūc etiā magnificat̄ multū pulsus propter duo. Primo ꝓpter virtutis fortitudinē. Secūdo ꝓpter necessitatis augmentū: lꝫ eniꝫ non sit calor gradualiter intēsus: est tamē maioratus extensiue: q2. s. multiplicata est caliditas in quāto. ¶ Ex quo sequitur in casu necessitatē augeri: ⁊ tamē caliditatē cordis non fieri intensiorē: sed solū magis extensaꝫ. ¶ Ex quo sequitur vlterius hanc cōsequētiā non valere. pulsus est in sor. maior velocior ⁊ frequētior ꝗ̄ in platone: ⁊ virtus vtrobiqꝫ ē fortis ⁊ instrumētū obediens. igitur in sor. caliditas ē intensior: sed solū sequitur ꝙ sit intēsior actu tior vel extensior. notū est eni ꝙ plus de aere requiritur ad euentandū multā caliditatē extensiue ꝗ̄ paucā ceteris paribus ⁊ magnā spirituū ꝗ̄titatē ꝗ̄ paucā: ⁊ ita de velocitate

⁊ spissitudine dicendum est. Et ex isto sequitur ꝙ stat cali-
ditatē fore intēsiue minorē ⁊ necessitatē maiorez. ¶ Tertio
nota ꝙ instrumēti obediētia augeť propter vapores ⁊c. q̄r
efficitur instrumentū humidius substantifice facta restaura-
tione sicut pz intuēti ⁊c. ¶ Nota quarto ꝙ non auget velo
citatē ⁊c. supple notabiliter q̄r propter instrumēti obedien
tiā ⁊ virtutis fortitudinē ⁊c. stat necessitatē nō augeri ꝓpter
augmentū in gradu: sed solū extensiue. quare sufficit magni
tudo. s. notabiliter maiorata. ideo ⁊c.

¶ Deinde qn̄ cū dormiēte somn⁹ ꝑseuerauerit
fiet pulsus debilis ꝓpter caloris īnati cōstri-
ctionē ⁊ virtutis cōpressionez sub sup̄fluitati-
bus q̄ euacuande erāt secundū euacuationis
modos qui sunt in vigiliis ex quib⁹ est exerci
tium ⁊ euacuatiōes q̄ nō sentiunť.

¶ Primo nota ꝙ superfluitatū que in somno retinētur que-
dam sensibiliter quedā insensibiliter expellūť. Exempla ho
rum satis patēt. ¶ Secūdo nota somno superfluēte ⁊ non
superfluitatib⁹ expulsis tempore quo naturaliter per exerci
tium ⁊ huiusmodi debent expelli virtus cōuertiť super eas
euacuādas in somno: ⁊ sic fit noua caloris ad intra retentio
propter quod pulsus cōsimiliter disponitur sicut in princi-
pio: ⁊ hoc vult Auicēna in littera.

¶ Cum aūt somnus ī principio euacuationez
īuenerit ⁊ nec īuenit aliquid ad qđ digerēdū
tendat declinabit cōplexionē ad partē infrigi
dandi. perseuerabūt ergo paruitas ⁊ tarditas
⁊ raritas ī pulsu ⁊ icessanter augmētabūť.

¶ Nota ꝙ calore intus reuocato ⁊ deficiente humido nutri
mentali in qđ agat ipsum mēbris assimilando ex ipso etiam
spiritū generando cōsumitur multū humidū substantificuz
⁊ ad eius multā ꝯsumptionē sine restauratione sequiť calo
ris resolutio ⁊ minoratio. ⁊ per cōsequēs paruificatio pl'sus
tarditas ⁊ raritas: ⁊ hoc itelligit Auicē. Et ex hoc seruetur
canon. ꝙ corpora multū inanita labore ieiunio vel euacua
tiōe nō sunt somno exponēda nisi ꝓueniat cibatio. pz cā.

¶ Uigilie etiā diuersa habēt iudicia. cū. n. dor
miens euigilabit natura sui declinabit pulsus
ad magnitudinē ⁊ velocitatē ordinate. deide
ad suā naturalē redibit dispositionē. sed subi-
ta causa euigilato accidit vt pulsus eius ilico
cū a somno remoueť q̄escat: quoniā virt⁹ corā
eo qđ subito euenit victa ē. ⁊ deide post hoc re
dibit ad eū pulsus magnus velox spissus ⁊ di
uersus ad tremorē. ⁊ quoniā mot⁹ iste est simi
lis violēto: ideo nō inflāmat ēt ipm. ⁊ quoniā
virt⁹ subito moueť ad repellendū natural'r il-
lud quod accidit. ergo mot⁹ accidūt diuersi ⁊
tremit pulsus: sed tamē secūduz hoc nō lōgo
perseuerat tēpore: imo ad equalitatez cito re-
dit: quoniā lz eius causa sit quasi fortis eius ta
men durabilitas est pauca ⁊ cognitio destru-
ctiōis ipsius est velox.

¶ Primo nota in p̄ncipio vigilie magnificať pulsus. Primo
q̄r augmētatus ē calor in somno. ⁊ per ꝯn̄s augmētata ē ne
cessitas ⁊ fortificata virt⁹. Scđo ꝓpter retentionē multorū
vapoꝝ calidoꝝ quoꝝ accidit paulatiua resolutio ī vigilia:
iđ dixit ordinate ⁊c. ⁊ hoc in corpore naturaliter ⁊ nō violē
ter euigilato. ¶ Secūdo nota ī hoie euigilato violēter acci
dit vt pulsus quiescat in p̄ncipio secūduz duplicē expōnez.
Primo vt q̄escat. i. vt non pulset hora qua dz pulsare: vl' nō
statiz magnificeť. ⁊ sic q̄escat a magnitudie. Cā ē q̄r ī subita
euigilatōe accidit subitus terror vt tāgiť in l'ra ⁊ cā pz.
¶ Explicit expoō sup̄ pulsib⁹ secūduz Jacobū Forliuieñ.

¶ Cap. XIII. De iudiciis in pulsus exercitii.

In pricipio q̄dez exercitii ⁊ dū est tēpatū pul
i sus fit magnus ⁊ fortis: ⁊ hoc q̄dem ꝓpter
augmentū caloris īnati: ⁊ fortitudinē ipsi⁹ ⁊ fit etiaz
velox ⁊ spissus valde ꝑꝑ sup̄fluā necessitatē quā fac
mot⁹. Q̄r si ꝑseuerauerit ⁊ fuerit ꝓlixū: aut lz fuerit
breue erit tñ fortissimū ⁊ destrueť: qđ ex fortitudine
ꝓuenit ⁊ debilitabiť pl'sus: ⁊ fiet ꝑuus ꝑꝑ resolutio
nē caloris īnati: sed ipse fiet velox ⁊ spissus ꝑꝑ duas
res: q̄rū vna ē augmentū fortitudinis ⁊ necessitatis:
⁊ alia ē: qm̄ virt⁹ retrahiť ne magnitudini sufficiat:
postea velocitas icessanter minuiť ⁊ spissitudo aug
mentať ſm quātitatē ei⁹ qđ ex virtute debilitať: dei-
de ad vltimū si exercitiū ꝑdurauerit ⁊ debilitauerit:
fiet pl'sus formicās ꝑꝑ debilitatē ⁊ spissitudinē for-
tē. Postea si magis superfluū fuerit: ⁊ ex ipō q̄si ad
mortē ꝑueniať efficiet quod omnia faciūt resoluen-
tia ⁊ reducet pulsuz ad hoc vt sit vermiculosus. de-
inde faciet ipsum declinare ad raritatē ⁊ tarditatem
cum debilitate ⁊ paruitate.

¶ Cap. XIIII. De iudiciis pulsuum balneatoꝝ.

Alneatio aut erit cū aqua calida aut cuz frigi
b da. si aūt fuerit cū aqua cal'a in principio ꝓue
niūt ex ea fortitudinis ⁊ necessitatis iudicia.
Cūq₃ multū resoluerit debilitabit pl'suz. Ga. quoq₃
dixit erit tūc ꝑuus tardus ⁊ rar⁹. Dicemus ergo ꝙ
debilitas q̄dē ⁊ paruitas pulsus ꝓculdubio existūt:
ꝫ aqua cal'a cū in iteriorib⁹ corꝑis calefactionē effici
et calore accidētali fortasse nō durabit: sed ad sui na-
turā q̄ ē ifrāndi redibit ⁊ fortasse durabit ⁊ permāe
bit. Q̄r si accidētalis qualitatis iudiciū sup̄auerit fiet
pulsus velox ⁊ spissus. Et si sup̄auerit qđ ex natura
sui ꝓuenit fiet tardus ⁊ rar⁹. Et si ei⁹ calefactio acci
dentalis ad tantā ꝟtutis resolutionē ꝑuenerit vt sin-
copi sit ꝓpinq̄ fiet ēt pulsus tard⁹ ⁊ rar⁹. Sz balnea
tiōis cū aq̄ frā fcē fritas si penetrauerit debilitabit
pulsū ⁊ faciet ꝑuū ⁊ efficiet raritatē ⁊ tarditatē: ⁊ si
nō penetrauerit imo calorē coadunauerit augmēta-
bitur fortitudo ⁊ crescet paꝝ ⁊ minueť velocitas ⁊
spissitudo. Ex aq̄s ꝟo in thermis existib⁹ q̄ sūt exic-
cātes duriciē ī pulsu augmētāt ⁊ ex ei⁹ magnitudine
minuūt: sz calefaciētes velocitatē ī pl'su augmētant:
si aūt ꝟtutē resoluerit erit quod iā diximus.

¶ Cap. XV. De pulsu qui mulieribus est proprius
⁊ ē pulsus pregnantium.

Ecessitas q̄dē ī eis ē multa ꝑꝑ cōitatē filii ī at
n tractōe aeris. Ipse. n. q̄si duab⁹ attrahāt neci
tatib⁹: ⁊ duab⁹ aeris attractionib⁹. Sz ꝟtus
ꝓculdubio nō augmētať: neq₃ ēt minuiť nisi q̄ꝫtū oz
ꝓpter lassitudinē paucā q̄ ꝓuēit ex pōdere p̄gnatōis:
ꝓpter hoc igiť iudiciuz ꝟtutis medie ⁊ necessitatis
fortis vincit ⁊ augmētať pulsus ⁊ fit velox ⁊ spissus.

¶ Cap. XVI. De pulsu dolorum.

Dolor mutat pulsū aut ꝓpter fortitudinē sui:
d aut q̄r ē in mēbro pricipali: aut ꝓpter lōgā mo
ram sui. Et dolor q̄dē cū ī sui pricipio fuerit
faciet ꝟtutē ebullire ⁊ mouebit ipaz ad resistēdū: ⁊
refrenandū ⁊ inflāmabit caliditatē. Fiet ergo pl'sus
magn⁹ ⁊ velox: ⁊ maioris spissitudis: qm̄ fixio ma-
gnitudinē faciet ⁊ velocitatē. Cūq₃ dolor ad finem
sue fortitudis ꝑuenerit: ꝓpter illud qđ dixim⁹ đ mo
dis ꝓcedet minorādo ⁊ redibit ad iferiora dōec ma-
gnitudinē ꝑdet ⁊ velocitatem ⁊ vicem earum sup-
plebunt spissitudo fortis ⁊ paruitas ⁊ formiculatio
⁊ vermiculatio: ⁊ si augmentatus fuerit adducet ad
raritatem ⁊ perditionem.

¶ Cap. XVII. De pulsu apostematum.

Postematum quidem alia sunt que febres
s efficiunt: ⁊ hoc aut propter eoꝝ magnitudi-
nez: aut ꝓper nobilitatē mēbri ī quo sunt. ⁊

pulsuȝ in toto corpore mutant ſm̄ mutatiōeȝ febris
propriā. ⁊ nos ipsaȝ dicemus ī loco suo. ⁊ alia sunt
que febres nō faciunt ⁊ mutant pulsum mēbri ī quo
sunt ꝓpriū per essentiā. ⁊ est etiā cū reliqui corporis
pulsuȝ mutant per accidens. s. nō ꝓpter ꝙ ē apā: sed
ꝓpter hoc ꝙ dolorē efficit. Apā aūt qȯ pulsum mu
tat aut ipm̄ mutat ꝑ speci eȝ sui aut ꝑ sui tp̄s: aut per
quātitatē suā: aut ꝑ membrū in quo est. aut ꝑ accn̄s
qȯ sequiť ipm̄ ⁊ comitať. Qȝ vero ꝑ sui spēm mutat
est sicut apā calidū ex quo ꝑ suā speciē ꝓuenit vt mu
teť pulsus ad serinū ⁊ ad tremorē ⁊ horripilatōeȝ ⁊
⁊ velocitatē ⁊ spissitudinē: nisi ei ꝯtraria sit cā hūe-
ctās q̄ ꝓprietatē serini destruat ⁊ vice ipsi⁹ vndosita
tē supplere faciat. verūtn̄ tremor ⁊ velocitas ⁊ hor
ripilatio ⁊ spissitudo ipsuȝ semꝑ comitať. ⁊ queād-
modū causaꝝ quedā sunt q̄ serrini ꝓprietatē ꝓhibēt
silr̄ sunt quedā eaꝝ que serini ꝓprietateȝ augmentāt
⁊ ipāȝ apparere faciūt. ⁊ molle quidē apā pulsuȝ fa
cit vndosuȝ. ⁊ si fuerit valde frigidū ipm̄ efficiet tar
dū ⁊ raꝝ. Duꝝ vero apā ꝓprietatē serini augmētat.
In exitura aūt cū fit collectio ipsa pulsuȝ cōuertit de
ꝓprietate serini ad vndosū ꝓprietatē ꝓpter humidi-
tatem ⁊ lenitatē que ipsaȝ sequunť: ⁊ prebet augmē
tum ī diuersitate ꝓpter suā grauitatē. velocitas āt ⁊
spissitudo alleuiať ꝓpter caloris accn̄talis qeteȝ cau
sa maturatiōis. Mutatio vero ipsi⁹ causa suoꝝ tem
poꝝ est: qm̄ dum calidū apā existit in augmento pro
prietas serini ⁊ quecūqȝ diximus sunt sicut in augmē
to ⁊ ei⁹ durities semꝑ augmentať ꝓpter extensionē
que augeť ⁊ ī tremore ꝓpter dolorē. Cūqȝ ad statū
peruenerit oīa augmentāť accn̄tia p̄ter illud qȯ for
titudinē seqť: ipm̄ nāqȝ debilitať ī pulsu ⁊ spissitudie
⁊ velocitate augmentū prebet: deīde si ꝓlōgabiť ve
locitas destrueť: ⁊ redeundo fiet formicās. Cū aūt
minueť ⁊ resoluiť aut apieť fiet pulsus fortis: ꝓpte-
rea ꝙ virt⁹ exonerabiť a pōdere ⁊ cessabit ipsi⁹ tre-
mor: ꝓpterea ꝙ dolor extensiu⁹ minueť. Secundū
q̄ntitatē vo sui: qm̄ magnū facit vt sint iste dispositio
nes maiores ⁊ magis augmentate. ⁊ paruū vt sint
rariores ⁊ ꝑuiores. ⁊ ſm̄ mēbꝝ: qm̄ ex mēbris ner-
uosis ꝓuenit augmentū in duritie pulsus ⁊ in ꝓprie
tate quā hȝ serinus ipsi⁹: ⁊ ex venenosis qdē ꝓuenit
augmentū ī magnitudine sua ⁊ vehemētia ⁊ diuer
sitas multa ⁊ p̄cipue si q̄ in eis supate fuerit arterie
sicut in splene ⁊ pulmone ⁊ nō durabit huiusmodi
magnitudo nisi quātū ꝑseuerauerit fortitudo ⁊ mē-
bra hūefacta ⁊ lenia ipsuȝ faciūt vndosum sicut cere
brū ⁊ pulmo. Mutatio vero qua apostema mutat
pulsuȝ aliquo mediante sicut apostematis pulmōis
quod facit pulsum tremulum: et sicut apostematis
epatis qȯ facit ipm̄ mictualē: et apostematis renis
qȯ facit ipsum strāgurialē et apā membri fortis sen
sus sicut stomaci et dyafragmatis facit ipm̄ spasmo
sum et sincopizantem.

Cap. XVIII. De iudicijs pl'sus accn̄tiū anime.

i Ra qdeȝ ꝓpterea ꝙ v̓tutē feruere facit et spi
ritū subito dilatat: pulsum facit magnū ad su
periora se eleuāteȝ velocē et spissum ī quo nō
opȝ diuersitatē cadere: qm̄ passio existit similis nisi
timor ei admisceať: q vna vice supet et hoc alia supe
ret vice: et silr̄ si verecūdia ei admisceať aut cōtrarie
tas ab intellectu q tacere p̄cipiat et ne ferueat ad ma
lū inferendū illi cui irasciť. Et ex delitijs qdeȝ ꝓpte-
rea ꝙ ad exteriora paulatiȝ mouēt nō ꝑuenit ad illȯ
qȯ ꝑuenit ex ira ī velocitate ⁊ spissitudie: imo est cū
ei⁹ magnitudo sufficit necitati ⁊ ē tardus ⁊ rar⁹. ⁊
silr̄ pulsus leticie: qm̄ ipse fit magnus ſm̄ plurimuȝ
cuȝ lenitate ⁊ attinet tarditati ⁊ raritati. In tristicia
vo ꝓpterea ꝙ calor suffocať ⁊ submergiť ⁊ fortitu
do debilitať opȝ vt sit pulsus ꝑuus ⁊ debilis rarus
⁊ tardus. Timor vo q subito venit pulsum facit ve
locē ⁊ diuersum ⁊ iordinatū. Sed ꝯsuet⁹ q ordiate
ꝓuēit mutat pl'suȝ ſȝ modū mutatōis sollicitudis.

Cap. XIX. De summa mutationis rerū contraria
rum nature essentie pulsus.

a B eis fit mutatio aut ꝑꝑ hoc qȯ accidit ȯ eis
ex malitia cōpl'onis. ⁊ tu quidē iā sciuisti pul
sum cuiusqȝ cōplexionis: aut ꝓpterea ꝙ virtutē con
stringūt ⁊ pulsum faciūt diuersum: ⁊ si constrictio
valde fuerit fortis erit sine ordine ⁊ absqȝ pōdere. ⁊
ꝯstrictionē qdē faciens ē oīs materialis multitudo:
siue sit apā: siue nō sit apā: aut ꝓpterea ꝙ virtutē dis
soluit ⁊ facere pulsum debilē. ⁊ oīa hec sūt sīc dolor
fortis ⁊ egritudīes aiales q̄ sunt fortis resol'onis.

Summe secunde Doctrine tertie Fen secūde sunt trede-
cim capitula.

Capitulum primum est sermo vniuersalis de vrina.

v De significationis dispositionuȝ vrine
nō opȝ credere nisi postq̄ꝫ conditiōes
obseruate fuerint.

Primo nota ꝙ vrina a medico dupliciter ꝯsiderari pōt.
primo vt causa que corpori approximata cōueniēter potest
sanitatem corpori inducere vel remouere. secūdo vt signuȝ
cuȝ eius dispositio per sensum cōprehēsa ītellectui alicuius
dispositionis corporis notitiā relinquit. Signū enim est ꝙ
sensui se offerēs in intellectu aliquid dereliquit. Ad pro
positū hic determinat Aui. de vrina secūdo modo sumpta
prout est signū: ꝓpter quod dixit vie significationis ⁊c. De
ipsa enim vt est causa alteratiua vel sanatiua determinat sa
tis secūdo cano. capit'lo de vrina. Secūdo nota ꝙ apud
varios auctores vrina dupliciter notificať. primo quantuȝ
ad nominis interpretationē. secūdo quantū ad qd rei ipsam
perfecte describēdo vel diffiniendo. primo modo duplici-
ter interpretať. Quidā eniȝ dicūt ꝙ vrina diciť quasi vna:
idest vnita renibus. Ibi eniȝ propriā vrina recipit formaȝ.
Alr̄ vrina diciť ab vrith grece qȯ latine idem est qȯ signifi
catio vel demōstratio: q2 per ipsaȝ corporis dispositōes no
scunť siue demōstrantur. Aliter vrina ab vrendo dicta est.
Est eniȝ acuta mordicatiua ⁊ fortiter abstersiua calida ⁊ sic
ca existēs secūdo cano. capitulo de vrina. ꝓpter quod ab-
stergit morfeaȝ scabiē alphāras saphati exsiccat putredinē
fluētē ab aure ⁊ ē subtiliatiua splenis vt secūdo cano. alle.
cap'lo. vt ȯ splenetico q somniabat se bibere vrinā ter ī die.
Has āt iterpetratōes tāgit Egidius roman⁹ dū dicit.

Dicitur vrina quia fit in renibus vna:
Aut ab vrith greco quod demonstratio fertur:
Aut quia quod tangit mordet desiccat ⁊ vrit.

Secūdo aliter describiť vrina ab ysaach primo vrinarū
dum dixit. Urina ē colamētuȝ sanguinis ceterorūqȝ humo
rum de nature operatōib⁹ factū: ⁊ diciť colamentū. i. aquo
sitas per colationeȝ sequestrata. Sanguine eniȝ ad gibbuȝ
epatis trāseunte cū multa aquositate vt capitulo de gene-
ratione humorū ostensum est: hanc superfluā aquositatem
opȝ a sanguine remoueri q̄ per venas emulgētes ad renes
cuȝ aliqua quātitate sanguinis secū attracta colatur ⁊ pura
transmittiť ad vesicā. Ex quo patet causa materialis vri
ne: q2. s. aquosa superfluitas illoꝝ humorum. Formalis ve-
ro q2 talis modus aquositatis. Efficiens principale ē epar:
secūdariū vero renes. Et finalis mūdificatio sanguinis a su
perfluitate aquosa: quia redderet disconueniēs ad nutriē-
dum. ⁊ forte aliqualis refocillatio vesice ⁊ vt medicus pos-
sit corporis dispositionē cognoscere. Ex quib⁹ pȝ conse
quēter se habere vrinā ad humores sicut serum ad lac vel
saltem similiter se habere ad sanguinē sicut serū ad partem
casealem ⁊ butirosam lactis. vnde Egidius hanc similitudi
nem ⁊ causas aliqualiter explicans inquit.

Ut de lacte serum se limpidus eliquat humor.
Sic liquor vrine de massa sanguinis exit.
Sanguinis vrine ē seꝝ subtile liquamē. vide ipos.

¶ Tertio nota. nõ opꝫ credere vie significatiõis ⁊c. i. signi
ficationib⁹ cõprehẽsis per vias vrine siue dispositiões nisi
ꝓsuppositis istis cõditionibus: q͛ .s. non potes euidenter ⁊
certe per vrinaꝫ significare nisi his inspectis vt patebit.

¶ O pꝫ. n. vt vrina que cõsideratˀ sit prima vri
na que in mane colligitˀ.

¶ Primo nota. non esse Auicẽ. intentioneꝫ alias vrinas ali
quo modo non fore inspiciẽdas: imo omnes vrine modos
debet medicus inspicere: sed dicit hoc ad nobis ostẽdendũ
ex qua vrina certiorẽ possim⁹ habere significationẽ: q͛ ista
est quã dicit: qꝺ tamẽ intelligẽdũ est: corpore per sex res nõ
naturales debite recto. Posset. n. ita male regi ꝙ ista prima
cõditio nihil vel paꝝ afferret iuuamẽti. ¶ Secũdo nota. ꝙ
per vrinã maxime intendimus super dispositioneꝫ epatis ⁊
venaꝝ significare ⁊ digestionẽ factam in eis: cuꝫ quantũ ad
aquositatẽ decidatˀ a digestione epatis: quantũ vero ad ipo
stasim a digestiõe venaꝝ vel membroꝝ. Per vrinã autem
collectã in mane hoc certius significam⁹. Primo q͛ cũ pre
cessit somnus nocturn⁹: in quo fit maxima humoꝝ digestio
⁊ sequestratio: plus de superfluitatibus hoꝝ erit vrine com
mixtũ ꝙ̃ alio tẽpore. ⁊ per cõsequẽs magis manifestabitur.
quare oportꝫ hãc esse vrinã primã in mane collectã. ¶ Ex
quo pꝫ. quare vrina in sero cõpleta digestione prandij non
est ita certitudinal'r significatiua: ⁊ simil'r vrina quelibꝫ alia
diurna. ¶ Tertio nota: q͛ dicit ꝑma. Cõpleta eniꝫ digestio
ne ⁊ cõueniẽter sequestratis superfluitatibus tentat natura
completã euacuationẽ facere. quare per istã poterimus cer
te significare. Alia eniꝫ longiore tempore retenta longiorẽ
⁊ maiorem quandã recipit alterationem. ⁊ per cõsequẽs re
ctum peruertit iudicium.

¶ Et non permaneat lõgo tempore ⁊ non sit
ex nocte reseruata.

¶ Primo nota duplicẽ expositionem. Prima est non perma
neat. i. violenter in vesica retineatur. secũdo nõ permaneat
scilicet postꝙ̃ emissa est ad extra: ⁊ est cõditio etiaꝫ inferius
explicãda. ¶ Secũdo nota causam esse. Ipsa enim lõgiori
tempore in vesica retẽta ꝙ̃ debꝫ recipit alterationẽ maio
rem a calore ꝙ̃ naturaliter debeat recipere. ⁊ per cõsequẽs
variatur in substãtia colore ⁊c. quare peruertit iudiciũ. Ex
tra vero nimio tẽpore reseruata alteratˀ ad corruptionẽ vel
ad aliquã varietatẽ disponitur. ⁊ per idẽ nõ sit etiã ex nocte
reseruata etiã secundũ duplicem expositioneꝫ vt pꝫ.

¶ Neqꝫ sit ille cuius est qui aquã non bibit ⁊
cibum non comedit.

¶ Primo nõ. Aquã nõ bibit: q͛ .s. abstinuit a potu. Fecit ãt
maxime mentionẽ de aqua: quia saracen⁹ ẽ qui ex lege vinũ
nõ bibit. vel forte per aquã intelligit omnẽ potuꝫ: q͛ omne
liquidũ potabile. Et cibũ non comedit: quia. s. ieiunauit vel
saltẽ nõ debitã: sed diminutã cibi assumpsit quãtitatẽ. Cau
sa aũt potus ẽ quia multũ minorat quantitatẽ vrine. quare
peruertitur iudiciũ a quãtitate sumptũ. Secũdo q͛ potu re
frigeratˀ calor ⁊ superfluitates subtiliantˀ: ipso igitur nõ sum
pto confunditˀ iudiciũ. Et de cibo similiter dicendũ: q͛ mi
noratur quãtitas ⁊ magis aduritˀ colera. quare magis tingi
tur vrina ⁊ fit ignea acuta ⁊ acuti odoris ac si esset febriens.
¶ Secundo nota nõ esse intentionẽ Auicẽ. hanc vrinam
non esse inspiciendam: sed vult ꝙ dispositio quã pretendit
huiusmodi vrina nõ est corporis naturalis dispositio. ideo
non est certa nuncia.

¶ Et non sit qui in cibo aut potu reꝫ tingentẽ
accepit sicut crocũ ⁊ casiãfistulam: quoniã vri
nam tingẽdo ad citrinitatem ⁊ rubedinẽ mu
tant: ⁊ sicut olera que tingẽdo mutant ad viri
ditateꝫ: ⁊ almuri qꝺ ad nigredinem: ⁊ vinum
qꝺ mutat vrinam secundũ suũ colorẽ.

¶ Primo nota. non esse intentionẽ Auicẽ. semper per assum
ptionẽ istarum reꝝ tingi vrinã. Contingit. n. nõ tingi secun
dum hoꝝ tincturã: q͛ tamẽ tingi potest. ideo assumptis his
rebus nõ nisi dubie significare possumus an tinctura illa sit
in vrina merito actionis caloris naturalis an merito tinctu
re illaꝝ rerum. ¶ Secũdo nota. ꝙ casia põt tingere vrinã
secundũ citrinitatẽ altero duoꝝ modoꝝ. Primo q͛ cum sit
euacuatiua secundũ partem trãsiens per vias vrine secum
ducit colerã que citrinat vrinã. Secũdo imaginãdo ꝙ licꝫ
casia sit nigra permiscetur tamẽ rei ad albedinem tendenti.
Ex permistione aũt hoꝝ resultat color rubeus ⁊ citrinus si
cut etiã de fuligine dispersa per aquã pꝫ. Similiter crocus
penetratiuus existens ⁊ multe tincture per vias vrine tran
siẽs idem operatˀ: ⁊ olera maxime diuretica vt sparagus ⁊ si
milia velocis penetratiõis. Almuri vero species salsamenti
nigri de quo fit mẽtio secunda Afforismoꝝ. cõmento illius
afforismi. Quibuscũqꝫ iuuenibus. tingit tinctura adhuc ma
gis nigra vel obscura: q͛ obscuꝝ: vel ẽ forte attractiuũ me
lancolicaꝝ materieruꝫ. Sic ⁊ medicine resoluẽtes splenem:
vinũ etiã: qꝺ maxime veꝝ est in quib⁹ citissime vinũ transit
ad renes. In alijs aũt nõ vt docet expimentum.

¶ Neqꝫ sit qui exteriora sui re tingente infece
rit sicut alcãna: quoniã cũ ex ea aliquis tingitˀ
fortasse ei⁹ vrina ex ea inficitˀ.

¶ Nota alchana arbustũ est ⁊ habet tincturã fortem ⁊ pene
trantem valde: de qua Saraceni tingunt vngues suas ⁊ fa
cit etiaꝫ ad flauedinẽ capilloꝝ. ideo si quis hac re fuerit tin
ctus est cõtingens vrinã inde tingi.

¶ Neqꝫ sit qui rem que cũ vrina aliquem hu
morem expellit assumpsit: sicut quod coleraꝫ
aut flegma expellit.

¶ Causa patet. Euacuantia enim flegma dealbant vrinam
cum ea flegma admiscendo: coleram vero citrinant: melan
coliam denigrant: vt patet.

¶ Neqꝫ se exercuit motib⁹ corporeis aut ope
rationibus aut dispositiõibus que sunt extra
cursum nature que vrine colorem mutant: si
cut ieiunium aut vigilie aut labor aut ira aut ti
mor. Omnia enim hec vrinã tingunt secũduꝫ
citrinitatem aut rubedinẽ. Et coitus vrinam
valde impinguat. Et sicut vomitus ⁊ euacua
tio: quoniã hec colorem mutãt ⁊ substãtiam q̃
in vrina esse debꝫ: similiter cũ ipsa multis per
manserit horis. Quapropter dixerũt quidaꝫ
ꝙ post sex horas inspiciẽda non est: quoniam
ipsius significatio debilitatˀ ⁊ color mutatur ⁊
hypostasis dissoluitˀ aut mutatur ⁊ fit spissior
ꝙ̃uis ego dicã ꝙ nec post horã vnam.

¶ Nota vigilie labor ieiunium tingunt vrinã ad colorẽ citri
num vel rubeũ. de timore vero dicendũ ꝙ lꝫ infrigidet tin
git tamen: q͛ trahit materias ad loca euacuationũ ⁊ ita po
test ducere colerã ad vias vrine: ꝓpter qꝺ timẽtes freque
ter non possunt vrinam. ⁊ egestiones cõtinere. secũdo quia
cõstringẽdo calorẽ põt ꝓuocare febrẽ vel aliter supplendo
litterã: vt quidã exponunt omnia hec vrinã tingũt aut sup
ple ad cruditatẽ mutãt sicut timor ⁊c. Totũ pꝫ vsqꝫ ibi.

¶ Vrina preterea tota integre colligẽda est in
vrinali magno ne ex ea aliquid effundatˀ. Et
eius quidem dispositio ilico cum mingitˀ non
est considerãda neqꝫ nisi postꝙ̃ in vrinali resi
det. Et obseruãdum est ne soleaꝫ tangat neqꝫ
ventus ne perturbetˀ ⁊ ne congeletˀ donec hy
postasis separetur ⁊ separatio compleatˀ: nõ
eniꝫ descẽdit ilico cũ mingitur neqꝫ in vltimo
fine maturatiõis. ⁊ nõ colligatur in vrinali in
quo alia fuerit vrina nisi prius fuerit ablutũ.

¶ Primo nota ꝓpter quattuor vrina est tota colligẽda inte
gre. Primo vt certe super quãtitate eius possimus significa
re. secũdo ne de contẽtis in vrina aliquid effundatˀ: q͛ per
illa etiã significamus aliquid. tertio q͛ tota simul melius cõ
seruatˀ ⁊ preseruatˀ. quarto q͛ iudiciuꝫ coloris variatur secũ
dum quãtitatẽ magnã aut paruã. ¶ Secundo nota. nõ esse
intentionẽ Auicẽ. vrinã aliquo modo nõ esse inspiciendam
statiꝫ cũ mingitˀ: immo secundũ ysaach in libro de febribus
secũda particula vrina debꝫ ter a medico ispici. s. dũ mingi

tur quãdo facit residẽtiã ⁊ quãdo fecit: cuius causa assigna
tur. qꝛ medicus debet omnes varietates in vrina cõtingen
tes aspicere. in his autem tribus accidit varietas. igitur ⁊c.
intellectus igitur Auicẽ. est ꝙ nõ soluꝫ debet aspici quãdo
mingitur vel ꝙ significatio tunc accepta nõ debet accepta
ri tanꝗ̃ per se sufficiens ad iudicãdum.

¶ Amplius vrine puerorũ significatio est par
ua ⁊ precipue infantium propterea ꝙ lacte nu
triuntur ⁊ ꝙ materia tingens in eis est quie
scens ⁊ submersa: in eorum quoqꝫ natura exi
stit ex debilitate ⁊ multa dormitiõe quod ma
turitatis significationem perneccat. Et instru
mentum quidem colligẽdi vrinam est corpus
peruiũ substãtiam habẽs nitidam sicut vitrũ
clarum aut cristallus.

¶ Primo nota. lꝫ in puero infante sit calor tãtus sicut i iuue
ne: nõ tamẽ eius vrina equalis est tincture nec equale vesti
giũ digestiõis potest apparere ꝓpter multas causas quas i
lr̃a tangit Auicen. Prima est qꝛ infantes lacte vtunẽ: quod
qꝛ est albũ facit vrinaꝫ tendere ad aliqualẽ albedinẽ: secun
dum modũ superius tactũ. secũda qꝛ materia per cuius cõ
mixtiõeꝫ cũ vrina magis vrina tingiẽ est i pueris valde sub
mersa ⁊ sopita ꝓpter plurimũ flegma abundans in pueris ⁊
propter humiditatẽ plurimã etatiuã ipsoꝝ. tertia causa est.
quia natura ipsoꝝ videẽ debilis: ⁊ somnus in eis est multus
⁊ illa vidẽtur occultare signa maturitatis. quare ⁊c. ¶ Ex
quo pꝫ in vrina pueroꝝ non apparere signa digestiõis que
merito sui caloris deberent apparere. ¶ Secũdo nota non
esse intentionẽ Auicẽ. ꝙ ex vrina pueroꝝ nõ debeat medi
cus significationẽ accipere: immo debet vt patebit: sed vult
ꝙ incertius potest significare medicus supra cõplexioneꝫ ⁊
dispositionẽ pueri per signũ sumptum ab eius vrina ꝗ̃ sup
dispositionẽ iuuenis. ¶ Et ex hoc soluũẽ dubia.

Primum videẽ per vrinã pueri nõ paruaꝫ: imo
magnaꝫ haberi posse significationem
qꝛ infra in caplo de vrinis etatum docet nos cognoscere ⁊
significare per illas. Item caplo tertio dicit deterioreꝫ esse
vrinam tenuem in pueris ⁊c.

Secundum dubiũ. non videẽ in pueris esse de
bilitatẽ nature ꝓpter quã occulteẽ
significatio vrine: qꝛ virtus digestiua in pueris ẽ valde for
tis. ideo ⁊c. assumptũ colligitur primo affo. in ꝯmento illi⁹
Qui crescũt. ⁊ sexto de regimine sanitatis p̃mo caplo.

Tertium dubiũ cõtra causaꝫ vltimã de dormitio
ne pueroꝝ: qꝛ in somno melius perficiẽ
digestio vt in p̃cedenti lectiõe. igitur debet in vrina puero
rũ magis apparere vestigiũ digõnis post somnũ. ⁊ ꝑ ꝯñs.

Ad primum istorum patꝫ non esse intentioneꝫ
Auicẽ. ⁊c. sed vult ꝙ nõ tanta po
test esse certitudo significationis.

Ad secundum põt dici in pueris nõ esse de
bilitateꝫ in cõparatõe ad cor
pora aliarum etatũ in digestiua virtute aliis paribus: qꝛ tñ
pueri plurimũ sumunt nutrimentũ ⁊ frequẽter respectu sue
molis in cõparatione ad etates alias. ideo magis a nutrimẽ
to eoꝝ calor obtundiẽ ⁊ minus sup suo nutrimẽto obtineẽ:
vñ debilis põt dici respectu nutrimẽti in eis digerẽdi: qꝛ. s.
sup totale nutrimentũ in eis digerenduꝫ ⁊ suas supfluitates
resoluẽdũ aliis ꝑibus minus obtinet calor eoꝝ ꝗ̃ iuuenis:
⁊ ꝓpter hoc põt dici natura eoꝝ aliquo mõ debilis.

Ad tertium diciẽ ꝙ lꝫ per se merito somni ma
ior debeat apparere digõnis im
pressio i vrina post somnũ: per accidẽs tamẽ multũ in pue
ris retẽtis superfluitatibus in somno ex plurimo nutrimẽto
generatis sepeliẽtibus colerã ⁊ humores calidos taliter ex
somno cõfundiẽ iudicium. ⁊ sic voluit Aui. Nõ aũt fit hoc i
aliis etatibus. De instrõ colligendi vrinã pꝫ.

¶ Scias autem ꝙ vrina quãto plus eam tibi
approximas tanto spissitudo augmentatur. ⁊
quanto plus elongas eam a te augmentatur
in ea claritas propter hoc differt ab omnibus
falsitatib⁹ que sunt in ea quibus medici expe
riuntur cum eis ostenduntur. Cum vrina in
vrinali colligitur custodienda est a mutatiõe
frigoris ⁊ solis ⁊ venti. Et oportet vt in lumi
ne aspiciaẽ ita ꝙ super eam non cadat radi⁹.
ideo ab ipso tegaẽ ⁊ sic in ea iudiceẽ de accidẽ
tibus que in ipsa apparẽt.

¶ Primo nota. ꝙ corpoꝝ liquidoꝝ diuersarum partiũ in se
cõmixtionẽ habentiũ quedã habent partiũ cõmixtionẽ ma
nifestam valde sensui: quedã vero ipsam habẽt totaliter oc
cultã. Alia lꝫ non penitus occultam difficulter tamẽ perce
ptibileꝫ: ⁊ nõ nisi de ꝓpinquo. Exemplũ secũdi vt vinũ an
tiquũ claꝝ ⁊ malnaticũ. lꝫ. n. in eo sit partiũ difformiũ per
mixtio: ista tamẽ ẽ sensui penit⁹ ignota ⁊ occulta vt in ea nul
la percipiaẽ in subtilitate ⁊ grossitie difformitas. Exempluꝫ
primi sicut mustũ nouum ebuliẽs. Exempluꝫ tertii sicut vri
na. In ea. n. ẽ partiũ grossaꝝ ⁊ subtiliuꝫ aquosarũ que sunt
limpide ⁊ clare ꝑmixtio. qꝛ tamẽ pauce sunt huiusmodi par
tes ⁊ ꝑue non nisi difficulter percipiẽ illa ꝑmixtio vel salteꝫ
nõ eque facilr̃ sicut manifesta existẽte ꝑmixtione ꝓpter qꝺ
non nisi a parua distantia ⁊ ꝓpinquo huiusmodi ꝑmixtio in
vrina ꝑcipiẽ. ¶ Ex hoc colligiẽ causa partialis dicti Aui.
Cum. n. ꝑmixtio huiusmodi difficulter ⁊ nõ nisi a ꝓpinquo
percipiatur: quãto plus remouetur vrina a visu tãto huius
modi partiũ cõmixtio magis occultatur. Unde partiũ gros
sarum aquosis partibus ꝑmixtaꝝ taliter a lõga distantia vi
sio prohibeẽ: quare visis solũ aquosis ꝑuis vria appꝫ cla
rior ⁊ minus spissa siue grossa: ecõtra vero a parua distãtia
non solũ partibus aquosis visis: sed etiã grossis secũ ꝑmix
tis iudicabiẽ vrina grossior. Huius aũt oppositũ cõuenit i
aliis liquoribus in quibus ẽ partiũ oĩno isensibilis permix
tio vt in vino aut alio: quãto eniꝫ illa sunt a visu magis re
mota tanto difficilius ꝑ illa: ⁊ si sint ꝑuia: põt oculus videre
corpora vltra distantia. ⁊ ꝑ consequẽs vidẽtur minus ꝑuia
grossiora ⁊ visum magis terminãtia. ecõtra vero contingit
de ꝓpinquo: vt pꝫ intelligẽti. ¶ Et iste canon seruit medi
co in fugiẽdo ignominias quas sepe vulgares medico ifer
re tentãtes vinũ aut syrupũ acetosum aut aliquid tale pro
vrina ostẽdũt. ¶ Ex quo infero ꝙ male erat doctus i hoc
medicus ille cui Machinardus de arcariis de Forlinio i
vrinali nouo ⁊ bene terso ostendit vinum maluaticũ ꝙ aspi
ciens medicus dixit ꝑ certo ista vrina ẽ valde cruda. Et re
spondit Machinardus: Dñe medice bonũ est ponere eaꝫ i
loco vbi ꝑfectius coquatur: deinde aspiciẽs eam dixit aspi
cite. Et ꝑ̃sente medico totũ vinũ illud qꝺ erat in vrinali po
tauit. Et hoc videns trepidus medicus admiratus est val
de. ¶ Sꝫ dices cõtra: qꝛ puluerem vel arenã potero in vri
nali ꝓiicere ⁊ cõtingit qꝺ dictum ẽ. ¶ Dicendũ est ꝙ pul
uis vel arena statim descẽdet ⁊ remanebit illi⁹ liquoris pu
ta vini visio vt prius. Tamẽ has deceptiões difficile foret
effugere cũ infinitis fere modis vrine dispositões variẽtur
⁊ frequẽter vrina diabetici nõ videtur oĩno vt dicit Auicẽ.
Silr̃ qꝛ posset cum vrina alius liquor ꝑmisceri aut ostendi
alterius animalis vrina: licꝫ conetur Auicẽ. aliquã dare no
bis cautelã salubrẽ: Tamẽ ingeniũ in euitando hanc descri
ptõeꝫ ẽ vt medicus fingat se quid tenue in vrina aspicere ⁊
ori vrinalis faciẽ multũ appropiquet: tunc. n. distincte odo
rem vrine percipiet. vel etiã vt tantũ flectat vrinale ꝙ digi
ti extremitas vrina madefiat. Postea ostẽdẽdo se velle fri
care nasuꝫ odoret ⁊ distincte: si vrina erit odorem vrine ꝑci
piet. melius nãqꝫ est hanc ꝑuã tristitiã sensui olfatus iferre
ꝗ̃ vulgi ignobilis eẽ ridiculũ. Signũ tamẽ ab ipostasi sum
ptum quãdo est in vrina medicũ valde certificat. ¶ Secũ
do nota ꝙ causa quare opꝫ custodire vrinam a radio solis
est duplex. p̃ma qꝛ alterat notabilr̃ subam vrine. secũda qꝛ
ꝑuertit iudiciũ a colore sumptũ. Radius eniꝫ solis trãsiẽs ꝑ
subaꝫ in raritate ⁊ densitate difformẽ varias coloꝝ spẽs ali
quãdo representat vt pꝫ i iride. Silr̃ qꝛ lux fortis qñqꝫ de
bilia occultare põt visibilia vt colligiẽ primo ꝑspectiue.

¶ Scito etiam ꝙ prima significatio quam vri
na habet est de dispositione epatis ⁊ viarum
aquositatis ⁊ super dispositiones venarum: ⁊

eis mediantibus alias demonstrat egritudines. Firmior tamẽ ei⁹ significatio est illa que de epate existit: ⁊ proprie de dispositione gibbositatis ipsius.

¶ Primo nota ꝙ vrina vt supra diffinit est sanguinis ⁊ aliorum humorum colamẽtum ⁊ superfluitas. ideo super dispositiones partium illarum principaliter significare possumus in quibus fit humorum quorũ ipsa est superfluitas generatio vel ipsius ab illis humoribus sequestratio. Hoc autem est epar ⁊ vie vrine. In epate eni generãtur humores. ideo ab epate in aquositate vrinali aliqua dispositio imprimitur qua super epatis dispositionem significare possumus. In effectu enim aliquo modo relucet dispositio cause. Similiter etiam cum vrina coletur in renibus alia ⁊ alia existẽte in renibus dispositiõe in vrina renum variabitur impressio. ⁊ ex consequenti super renum dispositionem poterimus significare: ⁊ similiter de vesica intelligendũ: tamẽ ista melius inferius declarabunt. ¶ Et nota ꝙ quia principaliter in gibbo epatis fit humorũ generatio quorum ipa est aquositas. ideo principalius super dispositionez gibbi ꝙ̃ cõcaui significare potest vrina. ¶ Secundo nota ꝙ licet vrina quantum ad partez aquosam decidatur ab epate ⁊ renibus pars tamen ipostasiua videtur magis decidi a digestione que fit in venis. ⁊ sic per partem ipostasiuam decisam a venis significat supra dispõnẽ epatis ⁊ venaꝝ ⁊ postea mediate super alioꝝ membroꝝ dispõnes vt melius infra declarabit.

¶ Amplius significationes que ex vrinis habentur ex septem sunt accepte generibus genere coloris ⁊ genere substantie ⁊ genere claritatis ⁊ turbulẽtie ⁊ genere hypostasis ⁊ genere quãtitatis in paucitate ⁊ multitudine ⁊ genere odoris ⁊ genere spume. Sũt vero quidam q inter hec genera ponũt genus tactus ⁊ genus saporis.

¶ Nota horum sufficientia potest sic sumi. Quelibet significatio ab vrina est sumpta a dispositiõe aquositatis vrie aut contento in ea. Si primum vel sumitur a modo substantie ipsius vrine aut a quãtitate aut a qualitate. Si a modo substantie sic est signum sumptum a grossitie ⁊ subtilitate. Si a quantitate est signum sumptũ a multitudine ⁊ paucitate. Si a qualitate vel sumitur a qualitate visibili vel odorabili. Si odorabili est genus sumptuz ab odore. Si visibili vel a colore proprie sumpto vel cõmuniter ⁊ improprie sumpto. Si primum est genus sumptum a citrinitate vel nigredine ⁊c. Si secundum a claritate turbulentia ⁊c. que colores improprie nominãtur. Aliter autem a qualitate est imediate perceptibili per eius speciem a visu. ⁊ sic est color: vel mediate ⁊ per species non ꝓprias: ⁊ sic est turbulentia ⁊ claritas. Si sumitur a contento: vel in superficie vl' in profundo. primũ a spuma. secundũ ab ipostasi ad quã reducitur nebula. ⁊ nõ videtur esse aliud signorum genus. ideo bene sunt septem Aui. etiã inuit sumptũ a gustabili ⁊ tangibili qualitate.

¶ Cũqꝫ dicimus genus coloris intelligimus illud quod visus i ea sentit ex coloribus scilicet albedinem aut nigredinẽ aut qui inter eas existũt. Et cum substantie genus dicimus intelligimus dispositionem ipsius in grossitudine aut tenuitate. ⁊ cum dicimus genus claritatis ⁊ turbulentie intelligimus ꝙ penetratio visus in ea est facilis: aut non est. Inter hoc autem genus ⁊ genus substãtie existit differentia: quoniam plerunqꝫ est substantia grossa ⁊ clara sicut albumen oui ⁊ glutẽ piscium liquatum ⁊ vitrum liquatum ⁊ oleum ⁊ plerũqꝫ est res subtilis substantie turbida sicut aqua turbida que ẽ magis tenuis ꝙ̃ albumẽ oui. Turbulentie autem causa est permixtio partium colores habẽtium extraneos fuscos aut alijs coloribus infectos qui ab aspiciẽte sensu non sunt percepti ⁊ prohibẽt peruietatẽ ⁊ nõ per se percipiũt. Inter eã vero ⁊ hypostasim existit differentia: quoniam visus plerũqꝫ cognoscit hypostasim. ⁊ iter ipsam ⁊ colorem existit differẽtia: quoniam color per totam humoris substãtiam ꝓcedit cũ maiori ꝑmixtiõe.

¶ Primo nota. Stat substantiam esse claram ⁊ tenuez. Et similiter etiam stat ipsam clarã esse ⁊ grossam: ⁊ turbulentam tenuem: ⁊ turbidaz grossam. Exemplũ primi vt albumẽ oui cristallus vitrũ. ⁊ huiusmodi. Exemplũ secũdi vt aer. Exẽplum tertij vt vitrũ nigrum. Exemplũ quarti vt aqua turbida vl' aer turbidus. Et ex hoc sequit ꝙ grossities ⁊ turbulentia nec sunt idem nec se inuicem consequunt necessario. Similiter nec raritas nec claritas. ⁊ per cõsequẽs distincte sunt signorũ genera sumpta a grossitie ⁊ subtilitate vrine ex vna parte ⁊ sumpta a turbulentia ⁊ claritate. ¶ Secũdo nota ꝙ causa turbulẽtie est cum rei ꝑuie permiscentur partes diuersorum coloꝝ: q̄r. s. opace: tante tamẽ paruitatis vt per se non possint a visu discerni. Impediunt tamen corporis cui permiscentur dyafaneitatem seu transparentiaz. Exempli gratia si aque limpide infundatur cinis statim ipsa fit turbulẽta: propterea ꝙ per ipsam diffundũtur cinerum partes non potentes per se visum immutare. nullũ eniz illorum corpusculoꝝ per se videt visus. ꝓhibent tamẽ ne mediãte ipsa aqua possit visus percipere corpora vltra distantia ⁊ hoc ẽ esse turbulentum. ¶ Ex isto colligi potest causa claritatis per oppositum. s. absentia partiũ opacaꝝ cuz presentia dyafanarum. ¶ Tertio nota ꝙ inter hanc. s. turbulentã ⁊ ypostasim est differẽtia: quoniam visus freq̄ẽter percipit ypostasim distincte ab aquositate: sed nõ percipit turbulentiaz vt pz. ¶ Aliter. freq̄ẽter percipit ypostasiz. s. partes illas sequestratas que cõgregare faciunt ypostasim in vrina: sed nõ percipit partes illas que diffuse faciũt turbulẽtiã in vrina. ¶ Aliter visus vrina naturaliter se habẽte percipit ipostasim in vrina: sed nõ turbulẽtiam. dixit autez notanter plerunqꝫ: quoniã ypostasis nõ est semper querenda in sanis vt infra capitulo de ypostasi. Que aũt sit differẽtia inter colorem ⁊ ypostasim est manifestum ⁊c.

¶ Cap. II. est de significationibus coloris vrine.

e X coloribus vrine sunt gradus citrinitatis sicut palearis. Deinde citrinus post flauus: deinde ruffus: postea citrangularis postea igneus qui tincture croci assimilatur: ⁊ ipse quidem est vehementer citrinus: postea croceus qui assimilatur capillis zabafarani: ⁊ ipse quidem est quez vocant rubeum clarum.

¶ Primo nota vrine colorationem vtplurimũ consequi materierum humoralium cũ aquositate vrine cõmixtionẽ vt. s. maiori quantitate colere permixta cuz vrine aquositate redditur vrina citrinior ⁊ minori minus. ⁊ sic de alijs lz non repugnet etiam vrinam tingi non merito cõmixtionis huius: sed simplicis actionis caloris in ipsam. In massa igitur humorali que in epate generatur plus de colera ⁊ sanguine generato erit vrine tinctura maior in corpore se habente naturaliter: minori vero ⁊ maiori flegmate erit vria minus tincta ⁊ magis ad albedinẽ tendens. ¶ Utrũ tamẽ ista vrine coloratio fiat in gibbo epatis vel ibi incipiat ⁊ additionem alibi recipiat nõ est cura. ¶ Secũdo nota colorem citrinũ sumi cõmuniter. ⁊ sic dicit de omni specie coloris nominati: ⁊ sic est genus ad omnes illas species. s. paleare flauum ⁊ ruffum. secũdo ꝓprie. ⁊ sic ẽ species contra alias species distincta coloris citrini: ⁊ est color talis qualis ẽ citri complete maturi. Primo modo sumebat in ꝑncipio capituli dũ dicebat genus citrinitatis. secũdo modo sumit dum dicebat deide citrinus. ⁊ sic est iste terminus calor citrinus equiuocus. ¶ Tertio nota ꝙ cum istis gradibus coloꝝ adinuicez solum secundũ magis ⁊ minus intẽsiue differentibus ⁊ non specie: eo ꝙ quilibz ẽ citrin⁹ color: nõ sint imposita nomina distincta. oportuit vt sumeretur eorum distinctio secunduz

similitudinez ad res exteriores colore citrio vario modo co
loratas. Et ille medicus ex istis coloribꝰ scit significare me
lius qui ipis in vrina visis scit melius rebus exterius nomi
natis aut similibus eis similare. Ex quo patet quare multū
diuersificantur auctores in nominando istos colores. Per
colorem igitur palearem intelligere debemꝰ colorem simi-
lez palee frumenti qui ab albo valde parū distat aliquid de
tinctura vel citrinitate participans. Per citrinū vero secun
do nominatum colorem iam dictuz. Per colorem autez fla
uum debemus intelligere adhuc colorem intensiue intēsio-
rem: ⁊ dicitur castaneacius: quia est sicut color citrinus ca-
stanearum quando non sunt bene mature: quia sunt satis ci
trine: ⁊ est medius inter citrinum ⁊ ruffuz. Ruffus autem co
lor est adhuc in tinctura ⁊ citrinitate intēsior ⁊ ē sicut color
auri. Color autem citrangularis est color adhuc in citrinita
te intēsior: ⁊ est sicut color arantij bene maturi in quo ē val
de intensa citrinitas. Igneus autez adhuc intensior existēs
est color talis qualis resultat in aqua tincta croco ⁊ est val-
de citrinus inter ceteros: vt patz. maxime vero citrinus in-
ter ceteros est color croceus: quia plus habet de tinctura ⁊
appellatur rubeus clarus.

Dubitatur hic si hic color est rubeus clarus: quare enumeratur inter citrinos colores.

Dicitur ꝙ secundum rei veritatem debet inter colores citrinos numerari. Quia tamē inter ceteros colores maxime appropinquat colori rubeo claro: ideo talem assumpsit denominationem.

¶ Omnes autem qui sunt post citrinum calidi
tatem significant: sed tamen secundum suos
diuersificātur gradus. Et est quidem cum ac-
cidunt propter vehementiam motus ⁊ pro-
pter dolores ⁊ propter famem ⁊ propter aque
abstinentiam.

¶ Primo nota ꝙ color palearis vrine: quia ē ad album mul
tum tendens significat aut diminutam actionez caloris aut
paucitatem materie colerice vrine substātie permixte. ⁊ per
consequens calidi diminutionem. Colores autem qui sunt
post citrinum vt flauus citrāgularis ⁊c. quia per ipsos red
ditur vrina valde tincta ⁊ intense colorata: aut causantur a
forti calido multum tingente: aut propter multe materie co
lerice permixtionem. ⁊ per consequens quilibet significat
excessum calidi. Significando enim caloris dominium si-
gnificat caloris excessum. Cum igitur inter extrema abin-
uicem per latitudinem distātia sit reperire medium inter hu
iusmodi colores dabitur mediuz medio modo significans.
Tale autem non est nisi color citrinus: ideo color citrinus
significat caloris temperantiaz. Et propter hoc dixit Aui.
Omnes autez colores ⁊c. ¶ Secundo nota ꝙ huiusmodi
colores significando intensum vel remissum calorem diffe
runt abinuicem secundum suos gradus intēsionis: vt quia
intensior citrinitas est coloris ruffi ꝗ̃ flaui: ideo intensiorez
calorem significat. ⁊ sic de alijs omnibus hoc est veruz pre
terquam de igneo ⁊ croceo. Nam licet croceus sit intensio
ris tincture: significat tamē minorem caliditatez ꝗ̃ igneus:
quia igneus significat dominiuz pure colere: croceus vero
colere ⁊ sanguinis: modo calidior est colera vt patet: vnde
significando caliditatem taliter sunt ordinandi: quia post ci
trinū flauus: deide ruffus: post croceus: post igneꝰ. ¶ Ter
tio nota istos colores contingere propter iram aut motus
superfluos ⁊ alias causas primitiuas: de quibus debet me
dicus esse sollicitus inuestigator priusꝗ̃ ꝑ istos colores ad
iudicandum prorumpat. Quare aūt ex fame siti motu ⁊ do
lore ista eueniant ē prius dictum.

¶ Post istos vero gradus predictos existunt
gradus rubedinis sicut roseus: ⁊ rubeus ob-
scurus: ⁊ rubeus puluerulentꝰ: ⁊ omnes qui-
dem sanguinis dominiū significant.

¶ Primo nota ꝙ in tota latitudine coloruz imaginamur ex
trema duo secundum maiorem ⁊ minorem tincturam scili-
cet album qui est color cum minima tinctura ⁊ nigrum cuz
maxima. Post album vero magis tinctus est citrinus: dein
de rubeus: qui plus accedit ad nigredinem. ideo dixit Aui.
post recedendo scilicet ab albo ⁊ tendendo ad nigruz plus
nigro appropinquat rubeus color. ideo ⁊c. ¶ Secūdo no
ta ꝙ sicut color citrinus supra sumebatur dupliciter: ita hic
dupliciter potest sumi rubeus color. primo scilicet commu
niter vt se extēdit ad omnes colores in littera nominatos.
secundo proprie vt se solum extendit ad determinatum gra
dum coloris rubei qui est color talis qualis est scarlati co-
lor. Primum tetigit Auicen. dum dixit. Sunt gradus rube
dinis. secunduz tetigit dum dixit. Sicut rubeus ⁊c ¶ Ter
tio nota per rubeum roseum intelligitur talis rubedo qua-
lis est in rosa vere rubea. Rubeus autē obscurus est adhuc
magis versus nigredinem declinans ⁊ maioris tincture.
Rubeus autem puluerulentus adhuc plus ad nigredinem
declinat ⁊ magis opacus. ¶ Quarto nota omnes hi signi
ficant sanguinis dominium. Differenter tamen hoc vide-
tur. Nam primus gradus rubedinis videtur magis signifi
care dominium sanguinis artarialis vel saltem subtilis spu
mosi. secundus autem venalis non pretendendo corruptio
nem aut ebulitionem in eo. tertius autem videtur significa
re ebulitionez iam fuisse in sanguine. quartus vero gradus
significat in sanguine corruptionem. Cum eniz sanguis cor
rumpitur alique eius partes incinerantur propter quod ap
paret puluerulētus. De puluerulento aūt dictū est satis.

¶ Et in omnibus in quibus est color zabafa-
rano attinens ē significatio dominij colere ru
bee. Et in omnibꝰ qui puluerulēto attinēt est
significatio dominij sanguinis.

¶ Nota primo inter omnes colores rubeus magis accedit
ad colorem zafrani. ideo ⁊c.

¶ Et igneus quidem magis significat calorē
ꝗ̃ rubeus ⁊ puluerulentꝰ: sicut colera in se ca-
lidior ē ꝗ̃ sanguis.

¶ Nota colera est calidior sanguine caliditate potentiali lz
naturali caliditate que est per spirituum participationem
sit sanguis calidior. sed de hoc alibi dictuz est supra. ¶ Ex
quo patet fortiorem pati incensionem coleram ꝗ̃ sangui-
nem. ¶ Secundo nota ex hoc sequi secundum dictum sci-
licet ꝙ igneus magis significat calorem ꝗ̃ rubeus ⁊ pul-
uerulentus.

¶ Et calor quidem vrine ī egritudinibus acu
tis incendētibus trahit ad colorem zabafara
ni ⁊ igneitatem.

¶ Hec est declaratio superius dicti ꝙ per egritudines intē
dentes intelligere debemus egritudines valde calidas acu
tas que sunt colerice.

¶ Qz si ibi fuerit tenuitas aliquā maturatiōis
significat dispositionez ⁊ ꝙ iam incepit ⁊ si nō
appareat in substātia. Si autem citrinitas for
tior fiat ⁊ vsꝗ̃ ad igneitatis perueniat termi-
nuz ⁊ ad finem: in ea significat ꝙ calor īcessan
ter processit: ⁊ iste quidez est finis citrinitatis.
Qz si in ipso claritas augmentetur calor iam se
cundū diminutionem īcedit.

¶ Primo nota ꝙ per tenuitatem in proposito nō debemus
intelligere substantie subtilitatem. Cum enim hec materiari
subtilitate peccet: principium digestionis esset eius princi-
pium ingrossationis: sed per tenuitatem debemus remissio-

nem citrinitatis siue rubedinis siue igneitatis intelligere: vt sit sensus ꝙ in egritudinibus acutis prius apparente vrina ignea si postea appareat illius igneitatis remissio est signum principij digestionis. Significat enim virtutem esse potentem in remittendo flammam colere. ⁊ per consequēs ipsam alterando ⁊ ad benignum reducendo lꝫ in substantia vrine non apparuerit ingrossatio ⁊c. ¶ Ex hoc soluitur dubium communiter hic contra hanc partem moueri solitum. Diceres enim. non apparet ꝙ possit incipere rectificatio in colore quin etiam in substantia incipiat. Eadem enim est actio qua remittitur inflammatio igneitatis ⁊ reducitur colera ad moduꝫ substantie conuenientem. Dicitur ꝙ hoc est verum: tamen stat apparere vnum alio non apparente. ⁊ hoc vult Auicenna. ¶ Secundo nota huiusmodi dictuꝫ esse verum posito ꝙ virtus sit potens ad impediendum sinthomata ⁊ prohibendum cursum materie ad aliquod determinatum membrum. vbi enim hoc non esset illud non oporteret esse signum ⁊c. vt si materia haberet cursuꝫ ad cerebrum aut cor aut ad aliquod talium ⁊c. Alias autem est signum paruificationis colere aut remissionis qualitatis eius. ¶ Tertio nota ꝙ citrinitas si augetur ⁊c. est signum augmenti caloris: quia augmentum effectus significat augmentuꝫ cause. ⁊ subdit ꝙ igneitas est finis scilicet quantuꝫ ad caloris incendium: significat enim incendium caloris maximum: lꝫ non sit finis in citrinitate. Et similiter si tenuitas post crisim non fuerit ordinata: idest si subito fiat vrina tenuis post eius multam grossitiem. Significatur enim imperfecta mundificatio vel expulsio materie. quare aliquid ex ea retinetur. Que autem relinquuntur in morbis ⁊c.

¶ Et est preterea cuꝫ in egritudinibus acutis sanguineis vrina sicut ipse sanguis mingitur apertione vene ibi existente ⁊ significat repletionem superfluam que si paulatim mingendo emittitur ⁊ est cū odore malo est significatio timoris: ⁊ timetur ex ea ne sanguis ad loca suffocantia fusus deriuetur. ⁊ peior quideꝫ ea est cum est subtilis in colore sui ⁊ dispositione. Cum autem ex ea multum mingitur est cum est significatio bona in febribus acutis ⁊ cōmixtis: quoniam est cum est significatio crisis ⁊ sanitatis nisi in principio subito attenuetur antequā sit hora crisis: quoniam tunc erit recidiuationis significatio: ⁊ similiter si tenuitas post crisim ordinata non fuerit.

¶ Primo nota non stante apertione vene adhuc de vena ad venam per viam resudationis potest aliqua portio sanguinis cum vrina expelli: que si emittitur paulatim est signum timendum: quia significat virtutem impotentem esse ⁊ materiam multam fore ⁊ corruptam: quare timendum ne talis materia repat ad principalia membra ipsa suffocando vel ad alia loca suffocationis. ¶ Secundo nota. Cum est subtilis ⁊c. est peior: tum quia sanguinem significat esse magis colericum: tum quia significatur maior impotentia virtutis. ¶ Tertio nota econtra multa vrina ⁊c. est signum crisis vt patet. si tamē attenuaretur ante crisis horam: quia scilicet minoris esset quantitatis ⁊ subtilitatis signum foret materiam iterum retineri. ⁊ per consequens recidiuationis signum.

¶ In bicteritia vero cuꝫ vrina adeo fuerit maioris rubedinis donec ad nigredinem trahat ⁊ pannum taliter tingat ne remoueri possit: ⁊ quanto plus fuerit erit sanius: quoniam cum vrina in ipsa fuerit alba aut rubea pauce rubedinis bicteritia in sua dispositione manente timetur ex ea hydropisis. Fames quoqꝫ est ex eis que vrinam vehementer tingunt ⁊ ipsam valde acuunt.

¶ Primo nota bicteritiam esse duplicem: scilicet citrinam ⁊ nigram. vtraqꝫ est cutis infectio. Citrina quidem contingens ex opilatiōe porri fellei per quem transmittitur colera ad intestina aut vie per quā ad fel aut ex multa colere abundantia in toto. Nigra vero ex opilatiōe vie per quam transit humor melancolicus ad splenem aut ex eius multa abundantia. ¶ Ad propositum de vtraqꝫ potest esse sermo. ita scilicet de nigra ꝗꝫ de citrina ⁊ de his habes tractatum decimaquinta tertij. ¶ Secūdo nota ꝙ causa huius est: quia per hec significatur virtutem super materiam que est causa antecedens bicteritie perfectum habere dominium ita vt ipsam secundum eius magnam quantitatem sufficiat euacuare. Econtra autem significatur oppositum. ⁊ per consequens complexionem epatis in posteruꝫ paratam esse corrumpi ⁊ aduenturam esse ydropisim. ¶ Nota hic per vrinam in bicteritia non soluꝫ euacuari posse coleram que est causa antecedens: sed etiam coniuncta. ¶ Secundo nota notanter esse dictum bicteritia in sua naturali dispositione manente: quia lꝫ appareat vrina pauce tincture in bicteritia si bicteritia non maneret in sua dispositione: quia scilicet intenderetur ⁊ remitteretur non oporteret timere idropem futurā: quoniam si remitteretur non esset rationabile vrinam nimis tingi. Similiter si intenderetur: quia signum posset esse ꝙ virtus esset valde potens in expellendo materiam ad extremitates. ⁊ sic non argueretur ydrops futura. Ex quo sequitur in casu laudabilius esse aliquod accidens preter naturam intendi ꝗꝫ illud ideꝫ manere eiusdem intensionis. Totum patet vsqꝫ ibi.

¶ Post vero sunt gradus viriditatis sicut vrina cuius color colori fisticorum attinet. deinde cuius color est similis colori eruginis eris: postea illa cuius est color similis colori ireos. deinde cuius color similatur indico: postea que similis est succo porri.

¶ Primo nota in proposito per viriditatem non solum intelligi colorem viridem proprie dictum: sed communiter ⁊ cum magna latitudine prout extendit se ad colorem blauum vel celestem ⁊ participantem liuiditate. ¶ Secundo nota ꝙ notanter post rubeum ponitur viridis color: quia a citrino recedendo ⁊ tendendo ad nigrum post rubeuꝫ colorem ponitur viridis: quia est nigro propinquior. ¶ Tertio nota ꝙ vt supra isti colores sumuntur a similitudine rerum extrinsecarum colore viridi diuersis modis coloratarum. non enim sunt isti colores specie distincti: sed solum secundum magis ⁊ minus differentes: nisi quis vellet proterue viriditatem causatam a frigido fore specie distinctaꝫ a viriditate a calido causata: qđ non est cōcedendum: quia per idem caliditas a lumine vel celesti influentia producta specie differret a caliditate producta a calore. Per colorem igitur fisticorum intelligere debemus colorem talem qualis est color in fisticis: que sunt grana quedam: quorum cortex siue pellicula exterior est rubei coloris: interior vero est viridis coloris clari ad albedinem tendentis plus alijs. Color autem eruginis eris est adhuc viridis iam dicto tamen aliqualiter obscurior. Color vero yreos est color lilij celestis licet secundum quosdam eius herbe. ⁊ patet adhuc ꝙ est obscurior. Cetera patent.

Primum dubium circa dicta. non videtur ꝙ color viridis secundum gradum tincture debeat poni post rubeum. maioris enim tincture est color rubeus obscurus ꝗꝫ color viridis similis erugini eris aut fisticalis. ideo ⁊c.

Secundum dubiū. videt᷑ ꝙ in ordine non debeat pōi viridis color sīlis succo

porri post colorē indicū cum sit īdicus nigro ꝓpingor.

Ad primum istorum dici potest primo ꝙ non ordinatur in gradu tincture: sed in gradu malitie: quia igitur post citrinuʒ est rubeus ⁊ post est viridis in malitia hic seruatus est ordo. vel aliter ꝙ licʒ aliquis gradus rubedinis sit maioris ticture q̃ aliquis certus gradus datus viriditatis: tota tñ latitudo viriditatis ē maioris tincture. vel dr̃ ꝙ ly post dicit ordinē doctrie.

Ad secundum vero dicit ꝙ color similis succo porri est obscurior q̃ indicus color q ē sicut color guadi de quo in ꝓposito ē sermo.

¶ Fisticalis vero significat frigiditatem ⁊ similiter omnes in quibus existit viriditas preter caʒ que erugini eris aut succo porri similatur: he namq̄ vehemens significant incendium. Verūtamē succo porri similis sanior est ea q̃ erugini eris similat.

¶ Primo nota. Fisticalis color ⁊ irealis ⁊ similis īdico significant frigiditatem: quia omnes isti colores sunt liuidi aut liuiditate participantes. liuiditas autem causatur ex mortificatione vel priuatione innati caloris: vnde vrina tendente ad nigredinem propter mortificationem caloris naturalis prius in istos transmutatur colores. ¶ Secūdo nota ꝙ viridis similis erugini eris ⁊ porralis significant vehemēs incendium. cum eniʒ predicti colores in vrina significent dominiū colere eruginose ⁊ colere prassine que sunt vehementer calide patet ⁊c. ¶ Tertio nota ꝙ vrina porralis est sanior q̃ vrina eruginosa: q2 deterior spēs colere est eruginosa cū ipsa generetur ex adustione prassine vel porralis vt dictum est supra caplo de humoribus.

¶ Et illa quideʒ que erugini eris similat post laborem significat spasmum.

¶ Primo nota per laboreʒ in ꝓposito intelligere possumus laborem corporeū: possumus etiā intelligere laborē fortem aut egritudinem. ¶ Secūdo nota duplicem spasmū hanc vrinam posse significare: spasmū. s. non ꝓportionatū ad materiam: ⁊ spasmū siccum ꝓportionatū ad materiā. Declaratio primi pʒ ex hoc. Existente. n. vrina ⁊c. significatur dominium in corpore huius colere aduste mordicantis que parata est ad os stomaci fluere ⁊ ad membra principalia si sit furiosa parata est in membris cōtractionem ⁊ spasmuʒ prouocare. Similiter post laborē spasmū siccū. Cū. n. ex labore forti sint membra exiccata ⁊ siccitati parata: ⁊ hec colera sit vstiua: cito potest spasmum causare. Similiter precedēte labore ⁊c. ⁊ apparēte tali vrina significat in membris factaʒ fore vehementem consumptionē que preparat ad spasmū. ideo ⁊c. ¶ Tertio nota ꝙ ista significat spasmum in pueris ⁊ in iuuenibus: sed in iuuenibus precedente labore cū spasmus siccus eis difficilius accidat. significat etiam in pueris: sed non oportet laborem precedere cum sint ad illud satis preparati.

¶ Viridis vero ī pueris spasmū significat.

¶ Primo nota per viridem quēlibet virideʒ intelligere possumus: quia si ē viridis a frigido contingens significat spasmum repletionalem. Si autem eruginosa vel porralis significat spasmum siccuʒ vel non proportionatū vt dictum est. ideo non limitauit.

¶ Que vero colorem ireos habet frigiditateʒ vehementem secundum plurimum significat ⁊ ante ipsam precedit vrina viridis. Et quidam dixerunt. ꝙ significat venenum in potu fuisse haustuʒ: ⁊ si fuerit in ea hypostasis spes erit vite: ⁊ si nō: timet ei. Herugini vero eris similis vehemētē significat ꝑditiōeʒ.

¶ Primo nota per hūc colorem viridem antecedentem nō debemus intelligere eruginosum vel porralem cum fiant a vehementi calido hic autem a frigido: sed debemus intelligere aliquem de alijs vt fisticalem. ¶ Secundo nota ista significat frigiditatem vehementem: quia mortificationem caloris naturalis: significat enim venenuʒ frigidum ⁊c. mortificans calorem. ¶ Tertio nota ꝙ apparente ypostasi ali-

quali ⁊c. q2 significat dominiū virtutis aliqualē expellendo materiam ⁊c. ecōtra vero ē signuʒ pessimū significādo mortificationē ⁊ debilitatem. ideo ⁊c.

¶ Graduum autem coloris nigri alius est niger qui ad nigredinem tendit secūdum viam coloris croci sicut est ī icteritia ⁊ significat colere rubee spissitudinem ⁊ eius adustionem ⁊ coleram nigram que accidit ex colera rubea ⁊ significat icteritiam. Et alius est qui ex fusco prouenit ad nigredinem ⁊ significat coleram nigram. Et ali⁹ niger qui prouenit ex viriditate ⁊ colore indico simili ⁊ significat coleram nigrā puram.

¶ Primo nota ꝙ colera rubea cuʒ fuerit inspissata fit magis opaca: vnde acquirit colorē similem croco in quo est etiam tinctura versus nigredinem tendens. Similiter cum colera rubea aduritur idem conuenit. ideo significat ⁊c. vt dicitur in littera. ¶ Secūdo nota ꝙ vria nigra nigredine perueniente ex colore fusco significat melancoliā innaturalem scilicʒ factam ex naturali ⁊ non per adustionem. prius enim q̃ vrina fiat tincta colore nigro ipsa efficit aliqualiter opaca vel obfusca: quia nō statim a primo modo cum ea fit magna permixtio humoris melancolici iaʒ dicti. ⁊ sic procedit quousq̄ perfecte denigretur. ¶ Tertio nota colera nigra pura fit maxime a nigro mortificante: quia non fit cum ea alterius humoris permixtio. in alijs autem non fit ipsa sic pura ꝓpter adustionem sicut patet. Quia igit precedente viriditate significatur fortis infrigidatio. igit ⁊c. tunc. n. omnes humiditates tendūt ad nigredinem.

¶ Et ad summum quidem vrina nigra significat aut vehemens incendiuʒ aut forte frigus aut mortem aut caloris naturalis superationeʒ aut crisim ⁊ expulsionem nature qua ipsa colere nigre expellit supfluitates.

¶ Primo nota ꝙ vrina potest fieri nigra aut ꝓpter magnā admixtionem humoris nigri. ⁊ sic significat purgationem ⁊ crisim bonam vel malam: aut propter alterationem in substantia vrine contingentē: ⁊ hec ē duplex: calefactio ⁊ sic est adustio: aut infrigidatio: ⁊ hec iterū est duplex vel per viaʒ resolutionis vel euanescentie caloris naturalis. ⁊ sic est caloris separatio: vel per positiuam infrigidatōeʒ: ⁊ sic est forte frigus. Bene igitur dictum est in littera ꝙ omnis vrina nigra aut significat purgationem vel incendiū vel forte frigus ⁊ mortificationem caloris aut separationem caloris. ¶ Et huic consonat ꝙ ab egidio in metro dicitur. ¶ Nigrior vrine facies incōmoda febris Quartane. soluit mortem portendit. adurit. Sub morte comprehendit vtrunq̄ frigus. ¶ Ex his patet solutio ad duo dubia. Primuʒ quia Galie. primo de crisi dicit vrinam nigraʒ significare aut forte frigus aut vehemens incendium. Auicen. tamen plures ponit significationes. secundum que differētia est inter forte frigus ⁊ separationem caloris naturalis. Ad hec duo satis patet solutio per iam dicta.

¶ Que autem ex incendio est cognoscitur: quoniam illic est fortis ardor ⁊ ante ipsam fuit vrina citrina vel rubea. ⁊ hypostasis est diuulsa ⁊ inequalis ⁊ incontinua ⁊ non est vehementis nigredinis: immo trahit ad colorem croci ⁊ citrinitatem aut ad fuscitatem ⁊ si ad citrinitatem trahit significat multam hicteritiam. Verumtamē quod ex frigiditate fit cognoscitur vt ante ipsaʒ habeatur vrina que ad viriditatem trahat aut liuiditatem: ⁊ est sedimē paucum iunctum ac si esset siccum ⁊ nigredo in ipsa est purior. Et est etiam cum inter duas complexiones differentia notatur: quoniam quando cum vrina nigra fortis odor fuerit si

gnificabit caliditatem: ⁊ cum fuerit cũ ea odoris priuatio: aut fortitudinis eius debilitas significabit frigiditatem. Cum enim natura valde fuerit superata odor non erit in vrina. Illud autem ꝙ ex casu caloris accidit innati cognoscit̃ propterea ꝙ ipsum sequit̃ fortitudinis casus ⁊ eius dissolutio.

¶ Primo nota illic est fortis ardor propter adustionem. Similiter antecedit vrina citrina: q̃ de remissa citrina ꝓceditur ad intẽsam: q̃ de remisso calore ⁊ adustione ad intẽsiorez. similiter ypostasis diuulsa propter fortem ebulitionez. ⁊ per idem inequalis ⁊ trahit ad colorem croci ꝓpter vestigia materie colerice ibi remanẽtis. ⁊ si trahit ad citrinitatez significat multam bicteritiaz significãdo multũ materie colerice dominium. Totũ pȝ vsq̃ ibi.

¶ Et illud quidem quod accidit secũdum modum purgationis crisis cognoscitur sicut qđ accidit in fine quartanarum ⁊ cũ splenis egritudines resoluuntur ⁊ dolores dorsi ⁊ matricis ⁊ febres melãcolice ⁊ nocumẽta q̃ ex mẽstruorũ accidũt retentiõe: ⁊ retentio eius qđ ex sanguĩe fluere solebat per anũ ⁊ precipue cum natura ⁊ ars in prouocando iuuant: ⁊ sicut accidit mulieribus quarũ mẽstrua retinentur ⁊ nõ retinet natura sanguinis superfluitatem: propterea ꝙ ante ipsã precessit vrina indigesta aquosa: ⁊ propterea ꝙ post ipsam adueniet corpori alleuiatio ⁊ erit ipĩus quãtitas maxima copiosa. Et si nõ ita vria fuerit nigra signum erit malum ⁊ precipue in acutis egritudinibus: ⁊ quãto plus si eius quantitas fuerit pauca: quoniã ex sua paucitate est sciendũ ꝙ humorẽ iam destruxit adustio: ⁊ quãtomagis fuerit grossa erit deterius: ⁊ quãtomagis fuerit tenuis erit minoris malitie.

¶ Primo nota cũ tribus conditiõibus ponitur vrina nigra in corpore apparens esse signũ crisis bonũ prima ꝙ in multa quãtitate egrediat̃. Secunda ꝙ ad illã euacuationem sequatur alleuiatio. Tertia ꝙ antecesserit vria aquosa idigesta ⁊ non citrina nec liuida vel viridis. istis. n. conditõib⁹ deficiẽtibus ẽ signũ malũ propter causam oppositã. ⁊ quanto paucior ⁊ grossior tãto deterior. ⁊ causa in lr̃a tangit̃.

¶ Et est quidem cũ accidit vt vrina nigra aut rubea obscura mingat̃ propter vini potionez quod huius habet colorem cum nullo modo natura aliqd in eo opata fuerit ⁊ exierit secundũ suam dispositõez: sed ĩ hoc nõ ẽ timor.

¶ Nota vt colligitur quarto de interioribus sicut debilitata virtute stomaci cõtentiua ⁊ fortificata expulsiua efficitur diaria ita virtute epatis contentiua debilitata: ⁊ renum: ⁊ atractiua renũ fortificata fit vrine diaria: que appellat̃ diabetes in qua contingit potum totaliter indigestum expelli virtute in ipsum non operante aut est propter nimiã quantitatem potus virtutem iterum irritantem vt ipsa ad expellendum promoueatur ⁊ non ad retinendũ ⁊ in isto casu nõ est timor lȝ bene in primo.

¶ Et est cum bone crisis significatio existit ⁊ ĩ acutis egritudinib⁹ sicut si eger eã tenuẽ minxerit ⁊ fuerit ĩ ea suspẽsio in partib⁹ diuersis: multotiẽs enim significat sonitũ capitis ⁊ vigilias ⁊ surditatem ⁊ desipiẽtiam ⁊ precipue si paulatim eam minxerit: ⁊ in longo tempore fuerit suspẽsa: ⁊ fuerit eius odor acutus: ⁊ fuerit cum febribus: quoniam tũc vehementez significabit capitis sonitum ⁊ desipientiam: sed quando affuerit ibi insomnietas ⁊ surditas ⁊ desipientia ⁊ sonit⁹ capitis significabit sanguinis fluxũ ex naribus.

¶ Nota apparente vrina cum ypostasi ⁊ si sit pauca cũ constantia virtutis in acutis significatur crisis per aliam regionem: vnde diuertitur materia a vijs vrine. ⁊ per consequẽs remanet vrina in quantitate pauca ⁊ subtilis: ⁊ proprie si apparet dolor capitis ⁊c. tunc. n. significatur crisis futura per fluxum sanguinis narium. ¶ Sȝ diceres contra est auctoritas ysaach qui dicit oppositum. Item hec vrina dicit priuationem digestionis. Item hec vrina significat impotentiaz virtutis. Et tunc patet solutio.

¶ Et est etiam cum existit causa lapidis in rene. Ruffus inquit vrina nigra bona est in egritudinibus renum ⁊ egritudinib⁹ lapidis que ex humoribus proueniunt grossis ⁊ est significatio mortalis in egritudinibus acutis. dixit etiam ꝙ vrina nigra est mala in egritudinibus renum ⁊ vesice cum vehemens ardor ibi adest. considera ergo alia signa. Vrina nigra in senibus non est bona propter illud quod scis: neq̃ venit in eis nisi ex corruptiõe mala. Et similiter in mulieribus vrina nigra post laborem significat spasmũ. Ad summum vero vrina nigra in principio febriũ est pernitiosa. ⁊ similiter in earũ fine q̃ñdo nõ cũ ea fuerit alleuiatio neq̃ significauerit crisim.

¶ Nota ꝙ propter tres causas merito dispositionis renum ⁊ viarũ vrine potest vrina exire nigra. Primo propter materiam lapidis qui in lõgo tempore combustionez recipit ⁊ cum euacuatur vrina tingit ipsam colore nigro. ¶ Secunda causa potest esse propter vlcerationem ⁊ excoriationem ad quam sequitur sanguinis permixtio cum materia vrine. ¶ Tertia causa põt esse fortis adustio ⁊ caliditas adurẽs in partibus renum existens propter quã materie ibi adurũtur ⁊ ad colorem nigrum perducũtur. ¶ Ad propositum in primo casu est signum bonum: in alijs aũt duobus est signum malum vt pȝ. ⁊ sic colligitur apparens cõtradictio in textu: quia prius dixerat ipsaȝ bonã: ⁊ postea dicit ipsaȝ malã ⁊c. ideo non solũ vrina: sed etiam alia signa sunt considerãda. Residuum patet vsq̃ ibi.

¶ Vrina autem alba secundum duas intentiones est scienda. Vna earum est cum ipsa est tenuis trãslucẽs: quoniam vulgus quod translucens est album vocat sicut est vitrum quod est clarum ⁊ crystallum claram vocat albam. Et altera est que pro certo est alba cui⁹ color est disgregatiuus visus sicut lac ⁊ pergamenum: ⁊ ista quidem non traslucent vt visus in ipsa penetret. trãslucẽtia. n. pro certo nõ ẽ nisi omniũ colorũ priuatio.

¶ Primo nota per corpus translucẽs in proposito intelligere debemus transparẽs siue dyafanũ: per quod vel mediante quo videre possumus corpora vltra distãtia: sicut est aer aqua cristalũ ⁊c. ⁊ talis vt mãifestũ ẽ: ẽ aliqua vrina. ¶ Secundo nota ꝙ huiusmodi trãslucẽs est duplex: q̃ quoddaȝ clarum ⁊ quoddã non clarũ. Clarum translucens est corpus dyafanuȝ determinato colore participãs sicut est aqua aut cristalus. non clarũ vero est illud quod aliquo determinato colore participat: lȝ non tanto ꝙ terminet visum sic ꝙ per ipsum non possit videre visus corpora vltra distãtia sicut ẽ vinum rubeũ aut vitrũ rubeũ vel azurũ ⁊c. ¶ Ad ꝓpositũ vrina trãslucẽs p̃mo modo est illa que est primo modo alba que ꝓprie nõ alba: sed candida debȝ appellari: sicut via celi lactea dicitur candida ⁊ est subtilis. vrina enim nõ reddit̃ grossa nisi per admixtionẽ materie humoralis: que facit ipsaȝ coloratã colore proprie dicto. ¶ Tertio nota illa que vere est alba hȝ colorẽ vere albũ: sicut ẽ color lactis: ⁊ dicit̃

disgregare visum per lucẽ ⁊c. ¶ Nota tamẽ hunc colorem
quãdoqȝ esse intensuȝ multũ: ⁊ tũc ẽ opaca visum terminãs
quandoqȝ est remissus. ⁊ sic cum illa albedine stat aliqualis
trãslucentia. ¶ Ex quib⁹ sequit̃ primo non quẽlibȝ colorẽ
esse sufficientẽ visum terminare: immo cũ colore stat diafa-
neitas in eodẽ. Sequit̃ secũdo ex dictis Auicẽ. non quodli
bet mixtũ esse vere coloratũ colore ꝓprie dicto sicut ponit̃
de vrina in qua est vera trãslucẽtia que ẽ totalis coloris pri
uatio lȝ possit exponi vt dictuȝ est. ⁊ plura alia possumus ex
his cõcludere. ¶ Patet etiã vlteri⁹ solutio ad quoddã du
bium moueri solitũ contra litterã Auicẽ. dicentis ꝙ vrina
alba primo modo ẽ tenuis: quia stat aliqđ corpus grossum
esse translucẽs vt cristalus. Dicitur cõcedendo antecedẽs
⁊ negãdo cõsequentiã. nõ. n. fit vrina grossa nisi per admix-
tionẽ corpulenti grossi. Si igit̃ ipsa foret grossa ipsa foret al
ba secundo modo. ⁊ nõ quia vera albedine.

¶ Album igit̃ secundũ intentiõem translucẽ-
tis significat frigiditatẽ omnino ⁊ est auferẽs
digestiõis fiduciam. ⁊ si cum grossitudine fue
rit significabit flegma.

¶ Primo nota ꝙ tinctura in vrina causat̃ secundũ quantita
tem actiõis caloris in aquositatẽ vrinalẽ que si fuerit parua
apparet peruia in vrina tinctura vt supra dictũ est. Causat̃
etiã ex permixtiõe maxime colere cum ea ipsaȝ tingente aut
alioꝝ humoꝝ ipsam aliqualiter colorantiũ. Dum igit̃ appa
ret vrina taliter alba vt dictũ est cum in ea sit omniũ coloꝝ
ꝓuatio significat̃ omnino nullã fore impressionẽ caloris na-
turalis digerẽtis: cũ etiã sit sine permixtione alioꝝ humoꝝ
significat a calido nullã in venis fieri permixtionẽ. digestio
aũt fit permiscẽdo. ¶ Secũdo nota hoc totũ qđ dictum est
esse veꝝ supposito ꝙ non sit opilatio in copore ⁊ maxime in
vijs vrine aut ꝙ nõ sit raptus materie ad aliqđ aliud mem-
brũ vel aliquã aliam partem nostri corporis. Hoc eniȝ sup
posito veruȝ est dictũ Auicen. alias aũt non: vt patet in fre
nesi ⁊ multis alijs casibus.

Dubium primũ circa dicta. vrina alba iam dicta
quãdoqȝ ẽ signũ frenesis qđ est aposte
ma calidũ cerebri. igit̃ ⁊c. pȝ cõsequẽtia ⁊ colligit̃ assumptũ
quarta afforismoruȝ. primo afforismo. Quibuscunqȝ vrine
fiunt limpide ⁊c.

Secundum dubiũ. non videt̃ ꝙ auferat fidu-
ciam digestiõis: q2 sic aufert fidu
tiam salutis. ⁊ sic signa cruditatis forent signa mortis: cuius
oppositũ tangit̃ primo afforismoꝝ a Galie. in cõmento illi⁹
afforismi. Paroxismos ⁊ consistentias.

Ad primum dicit̃ ꝙ significare potest freneſiȝ
materia habẽte raptũ ad cerebrũ
⁊ hoc supra dictũ ẽ. tũc aũt apparebũt huiusmodi signa.

Ad secunduȝ dicitur probabiliter conceden-
do. vel dr̃ ꝙ aufert digestioneȝ
de proximo: q2 cito nõ digeritur materia ⁊c.

¶ Sȝ alba ꝓ certo nõ erit nisi cuȝ grossitudĩe.

¶ Primo nota per albam intelligit hic albam vrinam albe-
dine distincta cõtra trãslucentiã: hec aũt albedo nõ potest
esse in vrina sine grossitie substãtie. cum eniȝ vrinalis aquo
sitas de se sit trãspens ⁊ diafana nõ cõtingit ipsaȝ videri ve
re albã nisi per admixtionẽ alicuius humoris cũ ea ad albe
dinem tendẽtis cuiusmodi ẽ flegma aut sanies.

¶ Et eius quideȝ alia est cuius albedo est mu
cilaginosa ⁊ significat multitudinem flegma-
tis ⁊ humoris crudi.

¶ Primo nota ꝙ vrina alba mucilaginosa significat flegma
tis abundantiam. In ter omnes eniȝ nostri corporis humo
res solũ flegma est mucilaginosuȝ. ¶ Secũdo nota vnctuo
sa significat liquefactioneȝ adipis: q2 lȝ adeps per se nõ pos
sit vrine permisceri: sed ei supnatet: attñ cuȝ miscet̃ alijs ma
terijs vt flegmati potest eidẽ ꝯmisceri: vt pȝ. ¶ Tertio no
ta per albulã debemus intelligere reȝ albã sicut ẽ aqua flu
minis dum ẽ turbulẽta parum. Albula eniȝ vt dicit vgutio
est quidã fluuius antiquus sic vocatus tempore suo hodier
no die vocatus tiberinus a tiberino rege ibi mortuo. signifi
cat. n. flegmatis liquefactionẽ: q2. n. flegma est peruiũ. ideo
nõ nisi paꝝ vrinã cum dissoluit̃ reddit turbulentam.

¶ Et alia est cuius albedo ẽ vnctuosa ⁊ signi-
ficat adipis liq̃factionẽ ⁊ alia ẽ cuius albedo ẽ
silis albule: ⁊ significat flegmatis liquefactio
nẽ q̃ accidit aut accidet. Et alia est cuius albe
do ẽ silis albedini q̃ ẽ in fungo cũ tenuitate ⁊
sanie ⁊ significat exituras vlcerosas ĩ instris
vrine: ⁊ si absqȝ sanie fuerit erit ꝓpter supatio
nẽ materie mlte crude nõ mature. Et est cũ ẽ
cũ lapide vesice. Et est alia q̃ spermati similat̃
que est cũ flegmaticoꝝ apostematũ adest cri
sis ⁊ laxitas iterioꝝ ⁊ egritudinũ que ex fleg
mate accidũt vitreo. cuȝ vero vria spermatis
similis existit ⁊ nõ est secũdum modũ crisis ẽ
propter apostemata flegmatica: immo cuȝ in
primis prouenerit pronosticabitur appople-
xiam aut paralysim.

¶ Primo nota in fundo reperitur quãdoqȝ albedo quedaȝ
ad densitatem aliqualiter tendens ⁊ videtur sanies. quare
vrina ei similis existẽs significat vlcerationem in vijs vrine
a qua humiditas fumosa eleuat̃ ⁊ ꝑmiscet̃ vrine. ¶ Secun
do nota ꝙ in hoc habem⁹ regulã ad sciendũ vtꝝ vlceratio
sit in locis ꝓpinquis vel remotis scđm maiorẽ vel minoreȝ
ꝑmixtionẽ materiei saniose cũ materia vriali: sicut ẽ de ege
stionib⁹ in disinteria. Signũ etiã habemus distinguẽs vtꝝ
vlceratio sit in virga aut in collo vesice an distantius: q2 in
ꝓmo casu exit sanies vt plurimũ. In scđo aũt post aut ꝑmix
ta simul. ¶ Tertio nota ꝙ cũ in principio fuerit vrina sicut
sperma significat maximã exuberantiã spermatis qđ iã mo
uetur sinthomatice a virtute ab eo grauata: sed hoc existẽte
periculũ est appoplie aut paralesis. ideo ⁊c.

¶ Et cuȝ in omnibus horis febris alba super-
uenerit vrina cito in quartanã cõuertetur. Et
plumbina qdẽ sine hypostasi ẽ valde mala.

¶ Primo nota p egritudines in ꝓposito intelligere debem⁹
cronicas. Per omnes aũt horas intelligere debem⁹ magnũ
aut longũ tẽpus in quo cõtinue apparet vrina talis. ¶ Se
cundo nota ꝙ hec significat ꝑmutationẽ fe. ad quartanaȝ.
cũ. n. longo tpe ꝑmane alba significat abundantiã flegma
tis crudi frigidi idigestibilis: sed flegmate lõgo tpe retento
nõ digesto ipȝ ingrossat̃: eo ꝙ ei⁹ subtile resoluit̃ ⁊ grossum
terrestre retinet̃: ⁊ sic cõuertit̃ ad humorẽ mlicũ: quo multi
plicato seqt̃ febris quartana: vt pȝ ĩ ipsa accẽsa putredie.

¶ Et lactea etiam in acutis egritudinibus est
perniciosa.

¶ Nota vrina exñte lactea significatur humorum cruditas
⁊ indigestibilitas ⁊ in febre acuta ẽ necessaria cita termina-
tio cum accidẽtia acuta nõ lõgo tẽpore virtus possit tolera
re: vnde sequitur vrinã esse perniciosaȝ.

¶ Albedo preterea vrine in febribus acutis
quocũqȝ modo fuerit post tincturam que pre-
cessit significat ꝙ colera rubea ad aliqđ mem-
brum declinauit: quod apostemat̃ aut ad flu
xum vẽtris ⁊ ꝙ magis significat ꝙ declinauit
ad caput. Et similiter cũ vrina rubea est in fe-
bribus: deide subito fit alba significat desipiẽ
tiam. Et cum vrina in sanitate perseuerauerit
in colore albo significat priuatõeȝ digestiõis.
Et albule similis q̃ lacti similatur acetoso ĩ fe
brib⁹ acutis mortẽ significabit aut pthisiȝ.

¶ Primo nota albedo post tincturam ⁊c. q2 colera maxime
est illa cuius ꝑsentia tingitur vrina. iam. n. dominatur cole
ra cum sit egritudo acuta: sequitur igitur ꝙ colera aut tran
sit ad intestina aut aliud mẽbꝝ ⁊ illud apostemat̃ ⁊ maxime
ad cerebrum ꝓpter leuitatem suam.

¶ Scio autem ꝙ possibile est vt vrina sit alba
⁊ cõplexio calida ⁊ colerica: aut vria rubea ⁊

complexio frigida flegmatica. Colera.n.rubea cũ declinat a via vrine ⁊ non admiscetur vrine remanet vrina alba. Debes ergo vrinã albã ↄsiderare: quoniã si fuerit eiꝰ hũor multus ⁊ luminosus ⁊ ipsius sedimen multum ⁊ grossum ⁊ eiꝰ substãtia cũ hoc trahit ad grossitudinẽ: debes scire ꝙ albedo est ex frigiditate flegmatis. Sꝫ cũ vrina nõ fuerit lumĩosa clara neqꝫ eiꝰ sedimẽ multũ neqꝫ ꝑuia ⁊ albedo ad fuscitatẽ traxerit scire debes ꝙ colera rubea ẽ occl'tata: ⁊ si egritudĩe acuta fuerit alba ⁊ fuerit in ea significatões salutis ex qbꝰ nõ timet phrenesis ⁊ q̃ sunt sicut ipm debes scire ꝙ colera rubea declinauit ad aliũ cãnalẽ ⁊ ad intestina ⁊ accidet ei constrictio.

¶ Totum pꝫ vsqꝫ ibi. Accidit ↄstrictio. ¶ Nota ꝙ ista particula põt tripliciter exponi. pmo accidit cõstrictio.i. corpori accidet colere retentõe per vias vrine euacuet: sed ꝑ aliã regionẽ. vna eniꝫ euacuatiõe impedita auget euacuatio ꝑ aliã regionẽ iuxta sententiã Hypo. decimo affo. vrina multa. secũdo accidit cõstrictio.i. occultatio colere quousqꝫ natura ipsaꝫ per aliã viaꝫ aut eandẽ expellere inceperit. tertio exponit. aut accidit cõstrictio.i. intestinoꝝ lesio. Dum enim dicit per aliũ canalẽ intelligit viam secessus siue intestinoꝝ. colera nanqꝫ per hãc viã expulsa ledet intestina ⁊ mordebit ea acuitate sua: cui cõsonat littera in margine posita que loco de ly cõstrictio hꝫ excoriatio: vt pꝫ intuẽti.

¶ Causa vero ob quã vria existit rubea ĩ egritudinibꝰ frigidis ẽ vna haꝝ rerum aut fortitudo doloris qui colerã rubeam resoluit sicut in colica accidit frigida.

¶ Primo nota per colicam frigidam intelligere debemus a materia frigida dependentẽ sicut a flegmate vitreo aut aliquo tali. potest eniꝫ ⁊ ab alijs causis colica contingere sicut a fecũ retentõe aut a calido apostemate intestini colon. ⁊ sic de alijs. ¶ Secũdo nota ꝙ doloris fortitudo est causa magne tincture in vrina multis ex causis. Prima qꝛ ex forti dolore in toto prouenit inflãmatio caloris. Ex forti enim dolore nascitur fe. effimera vt colligit pma quarti tractatu de febribus effimeris. inflãmato aũt calore in toto fortius tingitur vrina. secũdo qꝛ calore ⁊ inflãmatiõe in toto a dolore causato humores acuũtur versus etiã materiã colere trahũtur: ⁊ ex cõsequẽti multiplicat colera. ⁊ sic de ea plus cõmiscetur vrine. tertio qꝛ colera plus tingit ⁊ vrine mixta plus eam tingit. ¶ Tertio nota ex dolore fit in venis motꝰ ⁊ agitatio humoꝝ maxime calidoꝝ ⁊ eorũ sparsio rursus ⁊ subtiliatio. quare magis vrine ꝑmiscent ⁊ ipsam magis tingunt. ⁊ hanc causaꝫ puto intellexisse Auicẽ. in lr̃a dum dixit. coleram dissoluit ⁊c. ¶ Sed circa dicta sunt duo dubia.

Primum non videt ꝙ secundũ viã Auicen. dolor causet tincturã in vria: qꝛ totaliter dissoluit coleram. igit paucificat eã: sed paucitas colere est causa minoratõis tincture sicut multitudo est causa maiorationis. ergo ⁊c. pꝫ ↄsequẽtia cũ antecedẽte.

Secundum dubiũ est: qꝛ forti existente dolore ad locũ doloris cõcurrunt aut attrahũt materie maxime colerice q̃ sunt fluere paratiores: ꝫ fluxus huius materie ad locũ doloris facit materias deuiare a vijs vrine. ⁊ per cõsequẽs minus tingi vrinã.

Ad primum dicitur ꝙ per dissolutionẽ intelligit subtiliationẽ cui dato ꝙ cõiungatur aliqua colere resolutio coniungit etiã ipsius noua generatio. Sicut eni per inflãmationẽ humor colericus resoluitur ita humor nõ colericus in colerã cõuertitur.

Ad secundum dicitur ꝙ nõ tota materia colerica fluit ad locũ doloris: ꝫ secundũ magnã eius partem. vel dicitur ꝙ non soluꝫ ad locum doloris: sed etiã ad loca ꝓpinqua attrahũtur materie: huiusmodi aũt sunt renes ⁊ intestina. iõ ⁊c.

¶ Aut opilatio q̃ facta fuit ex superatiõe flegmatis in cãnali q est iter fel ⁊ ĩtestina: quapropter fel ad intestina naturaliter nõ descẽdit sicut solebat: ĩmo vriẽ societas ẽ ei necẽia cũ qua egrediat: quẽadmodũ accidit ĩ colica frida.

¶ Nota ꝙ stãte colica si fiat opilatio pori fellei per quẽ trãsmittit colera ad intestina calida nõ transeunte ad intestina: sed econtra redeunte ad vias vrine permixta vrine magis ipsam tingit. Ex quo patet differẽtia inter hanc causam tincture ⁊ precedentem causam.

¶ Aut ꝓpter debilitatẽ epatis ⁊ sue v̓tutis defectũ que inter aquositatẽ ⁊ sanguinẽ separationẽ facere nõ valet: sicut accidit ĩ hydropisi frigida ⁊ in egritudinibꝰ debilitatis epatis secundũ plurimũ: quoniã ꝓpterea vrina ẽ similis loture carnis recentis.

¶ Primo nota ꝙ a virtute epatis aut adhuc venaruꝫ emulgẽtiũ fit sequestratio aquositatis vrinalis a sanguine ⁊ hoc cum epar naturaliter se habuerit. virtute aũt digestiua eius debilitata nõ sufficienter potest sequestrare aquositatem a sanguine: ꝓpter quod cũ vrina plus transit de sanguine q̃ꝫ debeat trãsire secundũ naturã: vnde vrina remanet rubea. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ a quacunqꝫ mala complexione siue calida siue frigida cõtingit virtutẽ epatis debilitari illud cõtingere potest. ¶ Secũdo nota. huius vrine color similatur loture carnis recentis. causa huius est: quia cum aquositas de se sit sicut aqua in colore ⁊ sibi ꝑmisceat sanguis apparet color sicut cũ aque ꝑmiscet sanguis decisus a carnibꝰ lotis.

¶ Aut ꝓpter cõstrictionẽ quã oppilatões fecerũt: ⁊ mutat color flegmatis ĩ venis ꝑꝑ aliquã putrefactionẽ q̃ ei accidit: ⁊ eiꝰ qdẽ signũ est aquositas vrine: ⁊ eiꝰ sedimẽ secundũ moduꝫ quẽ diximꝰ: ⁊ eius tinctura ẽ tinctura debilis non luminosa. Colere eniꝫ rubee tinctura est luminosa.

¶ Nota ꝙ prohibita trãspiratione propter opilatiões contingit vrinaꝫ calefieri ⁊ tingi colore aliquali. quare videtur ⁊ in parte indicat hanc fore calidã materiã ⁊ non est. ¶ Et ex isto patet ꝙ oportet attendere alia signa: puta signũ sumptum a pulsu regimine etate ⁊ natura egrotantis. a siti ab instantia vigiliarum ex crescentia vel parosismis quantuꝫ ad horam afflictionis. ⁊ sic de alijs. ¶ Secundo nota ꝙ distinguuntur etiã aliter puta ex grossitie multitudine aut luminositate: ꝫ minus ⁊ hoc supra est tactũ. color enim tincture colere ꝓpter igneitatẽ ⁊ subtilitatem suã est luminosus: flegmatis aũt magis opacus: vt pꝫ.

¶ Urina quoqꝫ multotiẽs in principio egritudinũ erit alba: sed postea fiet nigra ⁊ fetebit sicut accidit in icteritia.

¶ Primo nota ꝙ stante coartatione materie colerice in pncipio icteritie aut alterius egritudinis colerice vrina apparet alba propter materiam tingentem non penetrare per vias vrine: vbi tamẽ opilatiõe remota apparet vrina fetens rubea propter admixtionem colere fetentis: quia talis colera longo tempore retenta fetebit propter putredinem excessiuam in ea accensam.

¶ Hic rñdet qbusdā du bitationib⁹. Et diuidif in sex ꝑtes. scđa ibi. Ampli⁹. tertia ibi. Male aūt. quarta ibi. Et hoc quidez. qnta ibi. Et in macilētis. sexta ibi. Et in nullis. ¶ Dubiū primū est vtꝝ deficiēte aliqua istaꝝ cōditionū sint bōe eius significatōes. ¶ Rñdet igif ꝙ lꝫ deficiat tinctura ⁊ ēt deficiat equalitas tñ signi ficatōes eius sunt bone. ¶ Dicit scđo ꝙ tñ melior dispō est equalitas q₃ tinctura. ⁊ ratio q₂ hypostasis equalis nō alba sed rubea ē melior q₃ hypostasis alba iequalis ⁊ asꝑa. ¶ Ubi nota ꝙ queadmodū i mltis corporis dispōnib⁹ inuenif magis ⁊ minus i bonitate ⁊ malitia: ita i signis: ⁊ ita inuenif hypostasis laudabilis lꝫ nō sit optima. ¶ Ratio aūt secūdi dicti opꝫ ꝙ restrīgaf ad hypostases laudabilis substātie. Nā in hypostasi mala nō est veꝝ ꝙ melior sit equalitas: imo ē in ea vituꝑabilis vt infra dicef. Et hoc mō ꝑticulariter intelligēdo cā dicti ē: q₂ modus substātie nō daf hypostasi laudabili nisi a calore digerente. Albedo aūt qñq₃ daf a vētositate mixta cū hypostasi vt collr scđo ꝓnosticoꝝ. ⁊ iō absolute laudabilior ē in bona hypostasi equalitas q₃ albedo. ¶ Sꝫ forte dr ꝙ talis alba sine equalitate ē malū signū: cui⁹ opp ositū dixit hic Aui. ⁊ assumptū ē hypocratis scđo ꝓnostico ꝑ textu ꝯmē. 28. cū dixit. ¶ Alba aūt ⁊ ligda lenis mala. s. hypostasis. Et Gal. ꝯmēto eodē vt pꝫ legēti. ¶ Hic dr hypocratē ibi nominare hypostasiꝫ q̄ nō vere ē equalis: ꝫ ꝑmixta ex ꝑuis ꝑtibus vētositatis ⁊ hūoris vt Ga. dicit in ꝯmen. ¶ Dico scđo ꝙ hec ⁊ si sit mala hoc nō ē: q₂ nullo mō significet bonū: ꝫ q₂ ē mala respectu illi⁹ q̄ ē optima ⁊ respectu illi⁹ albei qua ꝑtiū diuersitas ē maior: q₂ ꝑtes nō sunt ita ad ꝑua ꝯdiuise. Non igif voluit ibi hypocras ꝙ oīs alba ligda ⁊ lenis sit mala: ꝫ aliqua talis ē mala cōparatiue qđ Auicē. hic nō negat.

¶ Amplius plurime hypostases secundū colorem vrine existūt: sed ex eis que diuersificātur alba ē melior. post illā rubea: ⁊ post ipsam citrina: ⁊ post eā illa que ē vt arsenicuz: ⁊ malitia qdē a lentiginosa incipit. tu aūt nō attēdas illud qđ alij dicūt. naz albedo erit quādoq₃ nō ꝑꝑ maturationē. ⁊ equalitas nō ē nisi ꝓpter maturationē. ⁊ de albedie ē que ē propter vehementē vētositatis cōmixtionē.

¶ Hic remouet scđz dubiū. ⁊ ē tale. vtꝝ hypostasis debeat esse eiusdē coloris cū vrina: ⁊ quis ē ordo hypostasis mali coloris aut bōi. ¶ Dicit igif ꝑmo soluēdo ad dubiū ꝙ plures hypostases sunt coloris vrie. ¶ Dicit scđo ꝙ qñ hypostasis diuersificaf a colore vrie melior ē alba. scđo loco rubea. tertio q̄ ē citrina. quarto q̄ ē sic arsenicū. Sꝫ mala absolute: q₂ plus mali q₃ boni significat: aut q₂ nō significat bonū incipit a colore lētiginoso. ¶ Scđo nō quo ad hāc ꝑtē

remouet errorez circa solutionē primi dubij dicēs ꝙ tu de pͥmo dubio nō credas illud qđ dn̄t alij supple dicentes ꝙ albedo est melior ꝙ̄ substātia. ⁊ ratio est: q̄ albedo nō semper est ꝓpter digestionē: immo quādoqꝫ ꝓpter multe vētositatis permixtionē. Sꝫ equalitas supple ī hypostasi laudabilis substātie nūqꝫ ē nisi ꝓpter maturationē: ⁊ hoc ē qđ supra dixi de mēte Galie. pͥmo ꝓnosticoꝝ. ¶ Nota igit̄ pͥmo ꝙ lꝫ nō de eadē substantia sint hypostasis ⁊ aquositas. Tamen humor tingēs aquositatē plerunqꝫ cōmiscet̄ cū hypostasi ⁊ ipāz tingit ⁊ multotiēs cōuenit ꝙ hypostasis est supfluitas ex humore tingēte vrinam. ⁊ q̄ superfluitas multotiens attestat̄ in colore aliquo modo illi cuius ē supfluitas. Ideo cōuenit etiā hypostasiꝫ sīlari vrine in colore. ¶ Nota secūdo ꝙ qn̄qꝫ diuersificat̄ in colore ⁊ hoc potest multis causis cōtingere. Nā quādoqꝫ materia hypostasis est grauis grossa nō bene cōmiscibilis cū aquositate ⁊ de se colorē hn̄s vnū non facile tingit̄ ꝓpter aliquid paruuꝫ ex humore alio ꝯmixtū: vt verbi grā: hypostasis fiat nigra ⁊ nō aquositas aut alba aut rubea. ¶ Nō tertio ꝙ hypostases ab albo ꝓcedētes in citrinū vsqꝫ ad colorē arsenici citrini nō ponūtur absolute male: q̄ nō opꝫ humores a quib⁹ deciduntur carere digestiōe aut plurimū esse recedētes a naturalitate. Sed illa que ē in colore lentiginis ⁊ alie q̄ magis ad nigruꝫ sunt tendētes significāt aut fortē adustionē aut forte frigus vtplurimū. ⁊ iō absolute male modo dicto. ¶ Sed in coloribus bōis pͥma est alba. Nō tamē quelibꝫ alba qualibꝫ rubea ē melior: vt pꝫ ex dictis: ꝫ aliqua vt illa q̄ habꝫ cōditiones bonas omni rubea ē melior: ⁊ illa significat ꝑfectionez digestiōis: qđ nō facit alia. scđo loco ē rubea: significat dominiū humoris benigni. Naꝫ licꝫ significet lōgitudinē morbi respectu albe dicte: est tamē nūcia fides sperāde salutis vt hypocras secundo pronosticoꝝ textu cōmenti. 27. Citrina aūt est tertio loco: q̄ color eius est ex colera non multuꝫ maligna. Et similis arsenico quia maiorez habet citrinitatē magis accensam coleram significat

¶ Male aūt hypostasis incontinuitas melior est ꝙ̄ ipsius cōtinuitas. ⁊ hypostasis qdē mala est quā e uicino scies. Bōa aūt hypostasis de qua loqmur puri assimilat̄ ⁊ flegmati crudo cū tenuis fuerit. Uerūtamē pus ab ea differt ꝑ fetorem: ⁊ flegma crudū separat̄ ab ea cōculcatiōe suaꝝ partium. Et ipsa ab vtrisqꝫ differt subtilitate ⁊ lenitate.

¶ Hic rn̄det tertio dubio. Primo facit qđ dictū est. secūdo notificat malā ⁊ bonā hypostasim. ¶ Dicit igit̄ pͥmo ꝙ incontinuitas male hypostasis ē melior sua cōtinuitate: q̄ ꝯtinuitas significat cōpletū dn̄iuꝫ frigoris coagulātis aut caloris adurētis: incōtinuitas nō tantū significat dn̄ium. Et sic soluit̄ dubiū an semꝑ melior sit ꝯtinua ꝙ̄ incōtinua. ¶ Dicit secūdo ꝙ q̄ sit mala hypostasis paulo post dicet̄. sed bona hypostasis similat̄ puri ⁊ flegmati crudo ꝙ̄do ista sunt tenuia. Cognoscit̄ tamē a pure vel sanie per fetorē. ⁊ discernitur a flegmate crudo cōculcatōe suaꝝ partiū. Nā partes flegmatis sunt viscosiores ⁊ difficili⁹ ab inuicē separantur cōcussa vrina. Et tu hic ꝑ pus ītellige pus apatis nō gn̄alr̄. Hypostasis āt optīa vtroqꝫ istoꝝ ē leuior ⁊ subtilior.

¶ Et hec quidē hipostasis nō queritur nisi in egritudinib⁹: quoniā in sanitate non reqrit̄: ⁊ illud ē quoniā nō dubitat̄ quin ī corpore egri male retēte sint materie ⁊ ī venis ipsi⁹ que nisi maturēt̄ portendūt corruptionē. In venis aūt sani nō semꝑ opꝫ esse humorē q̄ sit excutiendus: sed si ē: meli⁹ est ꝙ hoc significēt ex eis supfluitates q̄ in eis supfluūt ex cibo a digōne priuate. deīde supfluit supfluitas q̄ ī vrīa fit hipostasis siue matura siue nō matura.

¶ Hic remouet quartū dubiū. Et est vtrū in vrinis bonis sanoꝝ sit expectāda hypostasis. ⁊ dicit ꝙ non querit̄ nisi in egritudinibus. ⁊ ideo in sanitate nō requirit̄. ¶ Ratio autē est: q̄ nō dubitat̄ ꝙ in corpore egri sint retente male materie ī suis venis que nisi maturent̄ portendūt corruptionez: sed nō oportet ꝙ in venis corporis sani sit humor excutiendus. ¶ Dicit secūdo quo ad hāc partē ꝙ si hypostasis iuenitur in corpore sano melius ē vt ipsa significet in eis sanis superfluitates que superfluūt ex cibo pͥuato digestiōe: deinde ex illis supfluit supfluitas q̄ descendit: ⁊ fit hypostasis in vrīa siue matura siue nō matura. Et hic loc⁹ ē notabilis:

Nam primo est dubiū, vtrū in bona vl̄ ꝑfecta vrina sanoꝝ debeat eē hypostasis. Et videt̄ ex Auicē. ꝙ non. pͥmo hic. Naꝫ si nō requirit̄ nisi in egritudinibus ītelligitur ꝙ non requiritur ad bonū significandum. ⁊ ideo in sanis ad significandū bonū non requiritur hypostasis. si eniꝫ per hoc qđ dicit nō requirit̄ intelligeret solum ꝙ nō est necessariū esse. similiter etiaꝫ nō requiritur in egritudinibus: quia nō obstante ꝙ habeāt humores malos: stat tamē virtutē nō digerere ⁊ nihil emittere de illis per vrinam vt accidit in principijs morborum. ¶ Scđo hoc idē apparet ex suo modo loquēdi infra ī capitulo de optima vrīa vbi dixit ꝙ debet habere hypostasiꝫ albam. ⁊ hoc nō dixit absolute: sed cū conditōe si hypostasim habeat vbi innuit ꝙ pōt esse optima sine hypostasi. ¶ Sꝫ oppositū vult. Gal. pͥmo de crisi vbi dixit. Laudabilis vō vrinarum est illa que ē boni coloris: in qua ē nubes alba lenis ⁊ equalis aut residēs in fundo vasis aut natās in supremo aut pendēs in medio. ⁊ laudabilior haꝝ trium est cuius nubes subsidet ꝙ̄ sit cuius nubes pendet in medio. deinde tertia cuius nubes pendet in supremo. he nāqꝫ species vrine significāt digestionē. Reliquaꝝ vero omniū specieꝝ vrine q̄dā significāt ꝯtrariū digestiōis: ⁊ q̄dā perditōeꝫ.

In hoc dubio respondet Dinus ꝙ sanorū quidam sunt sani optime aut simpliciter. quidā cum latitudine. In vrinis autē sanorum optime nō requirit̄ hypostasis. ⁊ hoc ꝓpter duas causas. vna ē. quia deficit materia vt Auicē. dicit. Non eniꝫ ē in eoruꝫ venis humor excutiendus. secūda ex parte agētis: q̄ vt dicit Dinus hypostasis fit a calore naturali ⁊ preter naturaꝫ simul: vt allegat ex Galie. In sano aūt cuꝫ latitudine pōt esse hypostasis: quia stat ī eo materia superfluēs ⁊ agēs: q̄ aggregatū ex vtroqꝫ calore. ¶ Sed hec rn̄sio non est digesta tāto viro. Primo q̄ allegat Galie. male. Nā Galie. pͥmo pronosticoꝝ cōmento vltimo. vult ꝙ hypostasis in hoc dn̄t a sanie: q̄ cause facienti hypostasim nō coniungit̄ dispositio vl̄ calor p̄ter naturam: sed bene in sanie. ¶ Alij sunt qui dn̄t ꝙ in corpore sanissimo ⁊ optime recto nunqꝫ apparet hypostasis. ⁊ ratio quia in eo nō sunt humores mali q̄ sint excutiendi ⁊ supfluitas tertie digestiōis sufficiēter per poros expellit̄. nā quāto naturalis calor est fortior tāto illius superfluitatis dissolutio ē occultior. ¶ Dn̄t secūdo ꝙ in venis sani stat esse aliquā paruā partē excutiēdā per vrinā. Naꝫ nō omne paruū quid abūdantie humoris trahit a latitudie sanitatis simpliciter: lꝫ nō sit ī optimo eius gradu absolute. ¶ Alij vō dn̄t ꝙ non in qualibet vrina sani simpliciter semper optime recti debꝫ eē hypostasis: vtputa in illis que mingūtur post digestionē sanguinis cōpletā: sed ī cuiuslibꝫ sanissimi optime recti vrina que mingitur in tēpore digestiōis sanguinis requiritur hypostasis. Et primū horuꝫ dn̄t voluisse Auicen. secundū vero est id qđ dixit Galie. primo de crisi cuꝫ dixit. Et dico ꝙ quādiu sanguis permanet in semita digestionis in omniū vrina que mingitur videtur sedimē lene equale album plurimū. Et cōstat ꝙ loquitur Galie. de vrinis sanoruꝫ: ⁊ de his que in illa hora mingūtur loquitur vt dn̄t in loco statim allegato. Et fortasse hic modus ē verior. ¶ Et restat dubium de qua digestiōe loquitur Galie. ⁊ respōdetur secundū plusquā cōmentatorē ꝙ de digestiōe in epate: sed apud secundā opinionem supra positā de hypostasi intelligendū erit de digestiōe in venis ⁊ membris que est tertia. ¶ Secūda difficultas ē de illa parte. Sed si est melius est vt hoc significēt ex eis supfluitates a digestiōe priuate. Nā melius videt̄ significare superfluitates digestas ꝙ̄ indigestas vt ꝯstat. igitur non ē melius ꝙ significet superfluitates ⁊c. ¶ Hic locus ē vnum de principijs fundamētalib⁹ opinionis monaci. Nam dicit monacus ꝙ si est humor excutiendus in venis sanoꝝ melius ē vt ille humor sit supfluitas ex cibo veniēs a stomaco ad epar que priuat̄ digestiōe secūda ⁊ est apta vt expellatur cum vrina ⁊ fiat hypostasis

matura aut immatura. nã iste superfluitates sunt inter alias minime lesiue corporis. ⁊ ex hoc vult hypostasiʒ minime eē ex humore genito per secūdā digestionē tanquā superfluitas digestionis tertie. Nā si sic esset melius esset vt sit ex digestis ꝙ̃ indigestis humoribus. ¶ Qui vero volūt tenere aliaʒ viā dn̄t ꝙ si esset humor excutiēdus in venis sani aut si est hypostasis in vrinis sanoꝝ melius est vt significet superfluitates tertie digestiōis cibi que sunt priuate digestione principaliter intenta a membris ⁊ sunt apte expelli cum vrina. ¶ Si quis autem inspeculari vellet posset elicere ꝙ hypostasis in sanis fit ad modū trusiani ⁊ in infirmis ad modum positionis secunde.

¶ Et in macilētis quidem est sedimen paucū: quod descēdit secundū sanitatis dispositiōeʒ ⁊ proprie qui exercitio vtunt̄ ⁊ artib⁹ se exercent laboriosis ⁊ nō multiplicatur huiusmodi hypostasis nisi ī corporib⁹ pinguiuʒ ociose viuentiū. ⁊ propter hoc etiā in vrinis egroꝝ macrorū nō est expectāda hypostasis tantū quātum in vrinis egroꝝ pinguiū: quoniā eorum egritudo multotiēs recedit: ita ꝙ nil descēdit. ⁊ multotiēs hypostasis in coꝝ vrinis nō puenit ad hoc vt descēdat: sed tñ plerūqꝫ ē modicum eius ī eis natās aut pendens.

¶ Hic remouet quintū dubiū inferēdo vnuʒ correlariū. dubium igit̄ est. vtꝝ in omniū corpoꝝ sanoꝝ vrinis equaliter requirat̄ hypostasis. Et dicit ꝙ in dispōne sanitatis in macris ⁊ vtentib⁹ exercitio multo ⁊ actib⁹ laboriosis paꝝ descēdit de sedimine siue de hypostasi ī dispōne sanitatis: imo nō m̄tiplicat̄ hypostasis nisi in corporib⁹ pinguiū ⁊ vtētiū ocio. ¶ Infert scd̄o correlariū ꝙ in vrinis macroꝝ egroꝝ nō est expectāda hypostasis sicut ī vrinis pinguiū egroꝝ. ⁊ rō: q2 multotiens egritudo macroꝝ recedit sine hoc ꝙ aliquid descēdat ad fundū. Sed plerūqꝫ est in eis sedimē paucum pendēs in medio aut natans ī supremo. Et cā omniuʒ istoꝝ est: q2 humores macroꝝ sunt pauci subtiles facile resolubiles nisi essent melācolici qui etiā sunt paucoꝝ humorum. Nā siue apud opinionē plusquā cōmētatoris siue aliā multitudo resolutionis ⁊ motus ad exteriora paucificat hypostasiʒ. Ad qd̄ iuuat ꝙ ex flegmaticis hūiditatib⁹ cū digerunt̄ multa sequestrat̄ hypostasis: nō sic ex siccis.

¶ Et in nullis quideʒ vrinis hypostasis ilico cuʒ mingit̄ descendit nisi in eis que valde mature sunt: immo in eis paꝝ expectandum est. Et plures ex hypostasis colorib⁹ sunt secundum plurimū secundū colorem vrine: sed melior ex eis q̄ diuersificant̄ est alba. post quā est rubea: deinde citrina.

¶ Remouet sextū dubiū ⁊ est. vtrū in vrini s statim resideat hypostasis dicēs ꝙ in nullis vrinis statim cū mingunt̄ residet hypostasis nisi sint valde mature. Nam de istis in descēsu paꝝ est expectandū. ⁊ causa est: q2 vētositas nō est commixta cū ea. Repetit aūt ꝙ plures colores hypostasis sunt secundū colores vrine: ꝫ illaꝝ q̄ diuersificant̄ melior est alba: deinde rubea: deinde citrina.

¶ Non naturalis vero hypostasis alia est similis rasure intestinorū corticalis que est furfurea aut herbina aut similaginea aut similis arsenico rubeo: aut ei qd̄ est valde citrinum: alia est carnosa: alia est adipina: ⁊ alia ē saniosa: ⁊ alia est mucilaginosa: ⁊ alia ē que est similis frustulis fermēti in aqua soluti: ⁊ alia ē sanguinea sanguisugalis: alia capillaris. ⁊ alia ē arenalis granosa: ⁊ alia ē cineritia.

¶ Hic exeqt̄ de alio mēbro. s. de hypostasi nō naturalis substantie. Et diuidit̄ in duas. Primo enumerat modos nō naturalis hypostasis. secūdo ei⁹ significatiōes. ibi secūda. Similis vero. ¶ In p̄ma dicit ꝙ de spēbus hypostasis nō naturalis substātie quedā est corticalis: ⁊ ista ē pluriū modorum. Nam vnus ē corticalis similis rasure intestinoꝝ furfurec. ali⁹ est herbie. ali⁹ similaginee. alius illi⁹ que ē similis arsenico rubeo. aut illi qd̄ est valde citrinū. scd̄a spēs est hypostasis carnosa. tertia ē adipina. quarta ē saniosa. q̄nta est mucilagiosa. sexta ē siīis frustulis fermēti in aqua dissoluti. septima ē sanguiea sanguisugalis. octaua ē capilaris. nona est arenalis granosa. decima ē cineritia. ¶ Ubi ꝯsidera ꝙ lʒ naturalis sit vni⁹ modi tñ p̄ternaturalis ē multoꝝ modorum sicut recedere a medio ē multipl̄r nō obstāte ꝙ mediū sit vnū. ¶ Sufficiētia aūt istoꝝ. x. modoꝝ potest assignari: ꝫ opʒ ꝙ fundet̄ sup̄ experiētia ꝙ alioꝝ modoꝝ nō inueniātur. nā non pōt cadere in diuisiōibus per se notis nisi experientia mediāte. Nam ratio nō ꝓbat quin possit esse ossuosa nisi ꝙ nūqꝫ est visuʒ egredi ossa per vrinā. Et ideo dimittēdo modoꝝ sufficiētiā sequamur partes.

¶ Similis vero rasure intestinorū corticalis: alia est petaloides magnarū partiū rubearuʒ aut albarum que significat secundū plurimuʒ ꝙ separate fuerunt ex membris que sunt propinqua mēbris a quib⁹ diuidunt̄ vrine ⁊ sunt membra mingēdi ⁊ albe significant ꝙ sunt ex vesica ꝓpter vlcera que sunt in ea aut scabiem aut corrosionem. Rubee aūt carnose significāt ꝙ sunt ex rene. Et ex petaloidib⁹ quideʒ sunt que sunt coloris fusci ⁊ obscuri aut squamis piscium similes: ⁊ hec est vehemēter mala. ⁊ omnibus speciebus hypostasis quas nominauimus deterior: ⁊ significat petaloꝝ membroruʒ radicalium rasurā. verū duo prima ipsius genera nullo modo impediūt: immo plerūqꝫ vesicam mundando sanāt: ⁊ dixerūt quidā cuidā homini se in potu tribuisse cātarides: qui cortices albos quasi venosos minxit qui cum in aquositate fricabant̄ resoluebant̄ ⁊ tingebāt̄ tinctura rubea. qui factus ē san⁹ ⁊ vixit.

¶ In hac parte ponit Aui. significatōes haꝝ specieꝝ hypostasis nō naturaliū: ⁊ diuidit̄ in. x. partes sicut sunt. x. manories. secūda ibi. Et tu quidē. tertia ibi. hypostasis vero adipina. quarta ibi. Saniosa vero. q̄nta ibi. Mucilaginosa. sexta ibi. Capilaris vero. septima ibi. Que aūt fermēti. octaua ibi. Arēosa. nona ibi. Plurimū. decima ibi. Sāguisugalis. ¶ Circa primam parteʒ nota ꝙ petala dn̄tur partes late plusquā ꝓfunde. hypostasis igit̄ similis rasure intestinoruʒ corticalis ab Auicē. hic ponit̄ ex parte quātitatis triuʒ modoruʒ: quoꝝ duo sunt manifeste latitudinis ad sensum vnꝰ nō ita manifesta. Et istos modos tres subdiuidit vt dicam. ¶ Primus igit̄ modus isti⁹ est hypostasis petaloydes magnaꝝ ꝑtiū: q2 ꝑtiū māifeste lōgitudinis ⁊ latitudinis plusqꝫ cōmuniter ē furfur. secūdus modūs ē latitudinis ⁊ ꝓfunditatis similis furfuri. tertius ē similis crinoy ⁊ est crinoys simula frumēti que est farina granosa grossa. ¶ Primo igit̄ Auicē. distiguit significata. p̄mi modi. secūdo secūdi. tertio tertij. ibi secūda. Et ea q̄deʒ. ibi tertia. Crinoidis vō. ¶ In prima parte dicit quattuor. Primū est ꝙ de hypostasi similis rasure intestinoꝝ quedā est petaloides magnarum partiū albaruʒ aut rubeaꝝ que significat ꝙ sunt ex membris mingendi. s. vesica vel poris vritidib⁹ aut rene. Et albe significāt ꝙ sunt ex vesica ꝓpter vlcera vel scabiē ⁊ rubee carnose sunt ex renibus. Secundū dictuʒ est ꝙ ex petaloidib⁹ quedā sunt q̄ sunt fusca ⁊ obscuri coloris similia squamis piscium in liuiditate ⁊ luciditate. ⁊ ista sunt vehemēter mala. Et deterior omnib⁹ speciebus hypostasis nominatis significat rasurā membroꝝ radicaliuʒ. Tertiū dictū est ꝙ duo prima nullo modo impediūt: immo plerūqꝫ vesicā mundādo sanant. Quartū dictū est ꝙ quidā dixerūt se dedisse cuidam in potu cātarides qui minxit cortices venosos albos qui cum fricabātur in aquositate resoluebātur ⁊ tingebantur tinctura rubea: qui fact⁹ est sanus ⁊ vixit. ¶ Nota igit̄ primo ꝙ petala siue partes late modo dicto minguntur in

vrina plerunqꝫ cum sanie: vnde non videntur nisi concussa vrina. Oportet igitur cum saniem videris in vrina agitare ꝛ prospicere si petala sunt natātia. quandoqꝫ absqꝫ sanie ꝛ ēt melius vidētur vrina circūuoluta fortiter vt natēt. ¶ Nota secūdo ꝙ hec petala quandoqꝫ habent substantiā durā vt caro vel pāniculus ꝛ tunc non ambigitur ꝙ fuerint partes membroꝝ per excoriationē vel corrosionē separate. Et cum sunt alba lata sunt ex vesica: Cum oblōga pauce latitudinis ex porris vritidibus aut collo: Cuꝫ rubea aut citrina ex rene. supra aūt venire nō possunt propter viaꝝ stricturā. ꝛ ista omnia impediūt ꝛ sunt mala significātia vlcera in istis membris. ¶ Quandoqꝫ auteꝫ hec petala nō sunt ita dura: immo cum fricantur digitis resoluunt in aqua ad modū paste aut luti aut piguedinis: ꝛ ista aliquādo sunt ex membris mingendi. Nam quādoqꝫ in eis congregātur quedam res viscose ad modum pāniculoꝝ adherētium vesice ꝛ parietibus venaꝝ ꝛ porroꝝ ꝛ proprie sunt alba. ꝛ de istis fuit illud qđ dictum est de illo qui sumpsit in potu cantarides. ꝛ ista non sunt mala nec per viam signi nec cause. nā exitus eorū sanat opilationem: ꝛ significat sanitatem: ꝛ de istis intelligit Auicen. in tertio dicto. Et ideo dixit ꝙ duo prima genera non impediūt. s. quādoqꝫ non vniuersaliter intelligendo. ¶ Aliquādo aūt hec petala que hoc modo resoluunt per fricationem sunt similia squamis piscium ꝛ fusca: ꝛ ista significant liquefactionem membroꝝ radicaliū. ꝛ ideo non sunt nisi mortalia. Accidunt auteꝫ quia carne eliquata ꝛ in locis calidis permanente eliquata transit in hac forma per vias strictas colatoriȷ̄. Sed cum veniunt ad vesicam ibi coagulantur ꝛ conuertuntur in petala nō tanto existente ibi calore vt prohibeat illam coagulationem. ¶ Et quibus particulas omnes plane intelliges.

¶ Et ex ea quidē que ē sicut rasura itestinoꝝ est q̄dā que ē minoris latitudinis q̄ꝫ due p̄dicte ꝛ spissioris substātie q̄ si rubea fuerit vocatur herbina: ꝛ si rubea nō fuerit vocatur furfurea. ꝛ herbie qdē si fuerit rubee ꝑtes plerūqꝫ sunt ꝑtes epatis aduste ꝛ plerūqꝫ est sanguis in eo adust⁹: ꝛ plerūqꝫ ē etiā ex rene. Sed q̄ ē ex rene ē maioris ꝯtinuitatis carnosa: alie vero due plus silant ei que nō ē carnosa ꝛ fracturas est magis recipiēs. ꝛ cū vehemēter trahit ad citrinitatē ē ex rene ꝓculdubio: quoniā illa q̄ est ex epate ad rubedinē trahit fuscā: ꝛ qn̄qꝫ associat ei in hoc illa que ē ex rene. Furfurea vo hypostasis qn̄qꝫ ē ex scabie vesice: ꝛ qn̄qꝫ est ex liquefactiōe mēbroꝝ. ꝛ dr̄ia inter eas ē ꝙ cū illic ī radice mēbri fuerit pruritus ꝛ fetor erit ex vesica: ꝛ ꝓprie cū pus prius mictū fuerit: ꝛ p̄cipue cū alie significatōes vrine demōstrauerit maturatiōeꝫ ꝛ fuerint vene sup̄iores sane cōplōnis ꝛ nō fuerit ī eis macula: imo in vesica. Sed si cū inflāmatiōe fuerit ꝛ virtutis debilitate: et mēbroꝝ mingendi incolumitate et color fuscitati attinuerit erit tūc ex liquefactione humoris.

¶ Modo ponit signa secūde manerie. s. que habet furfuris quasi latitudinē ꝛ grossitiem. ꝛ dicit tria. primo dicit ꝙ de hypostasi corticali quedam est minoris latitudinis q̄ꝫ due p̄dicte ꝛ maioris spissitudinis. s. ꝓfunditatis: que quādoqꝫ est rubea: quādoqꝫ non: sed alba. Et cuꝫ est rubea vocatur herbina: ꝛ cū est alba vocatur furfurea. ¶ Dicit secūdo ꝙ herbina si est rubea aut fusca significat liquefactioneꝫ partium epatis aut sanguinis adusti: ꝛ quādoqꝫ est ex rene. sed si est duoꝝ primoꝝ tunc est magis trahens ad rubedinem fuscā: ꝛ nō est ita dura carnosa: immo facilius frāgitur ꝛ dissoluit. Et quādo vehemēter trahit ad citrinitatē est proculdubio ex rene. ꝛ ista ē quā dixit supra similē arsenico valde citrino. ¶ Dicit tertio ꝙ furfurea quādoqꝫ est ex scabie vesice. quādoqꝫ ex liquefactōe membroꝝ. Et horum differētia cognoscit hoc modo: quia si ē illic fetor ꝛ dolor ꝛ pruritus in radice virge. s. circa pectinē erit ex vesica ꝛ proprie si minxerint pus: ꝛ proprie quādo alie significatiōes demōstrant vrine maturationē: ꝛ nō fuerit macula in venis superioribus toti⁹ corporis. Sed si fuerit cū inflāmatiōe ꝛ debilitate virtutis ꝛ cū incolumitate membrorum vrine ꝛ color fuerit fuscus tunc significat ꝙ est ex liquefactiōe humoris. ¶ Et cause harū diuersitatū sunt similes superiorib⁹. Sed solum est diuersitas: quia cū sunt petala parua fusca resolubilia significāt humoꝝ liquefactionē: magna autē membrorum. ꝛ tu ex his considera ꝙ nō repugnat hec parua esse ex membris: ꝛ illa magna ex humoribus.

¶ Et crinoidis vero plurimū est ex adustiōe sanguinis q̄ ad rubedinē trahit. Et ml'totiēs ē ex liquefactōe mēbroꝝ et eoꝝ rasura si albedini attinet. Et qn̄qꝫ ē etiaꝫ ex vesica scabiosa secundū minus. Et tibi qdeꝫ possibile ē vt modū differētie inter eas intelligas ꝑ illud qđ iā sciuisti. Si aūt nigredini attinet est ex sanguinis adustiōe et ꝓprie ī splene. Oēs p̄terea petaloides hypostases q̄ nō sunt ex cā q̄ sit in vesica ꝛ rene et cānalib⁹ vrine in egritudinibus acutis malū portēdūt ꝑnitiosum.

¶ Nunc ponit significationes tertiȷ̄ modi corticalis. Et dicit tria. primum ꝙ plurimū hypostasis crinoydis est ex adustione sanguinis: ꝛ ista trahit ad rubedinē: ꝛ est illa que est similis arsenico rubeo. ꝛ multotiens est ex liquefactiōe membrorum ꝛ eoꝝ rasura si attinet albedini: ꝛ quādoqꝫ licet rarius est ex vesica scabiosa. ¶ Dicit secundo ꝙ possibile est tibi considerādo superius dicta vt intelligas ꝛ cognoscas istoꝝ modoꝝ differentias: ex colore. s. ꝛ duritie in fricando ꝛ passiōe membroꝝ: sed si attinet nigredini est ex adustione sanguinis in splene: qr ille ē niger. ¶ Dicit tertio ꝙ species hypostasis petaloidis que nō sunt ex renib⁹ aut vesica aut porris vritidibus in acutis egritudinibus ostēdunt malum pernitiosum. Et causa est quia ostēdūt liquefactionē ꝛ adustionē maturationi oppositas: ꝛ multū ipsam prohibentes. ¶ Sed dubitatur que istaꝝ trium est peior an petaloides magnaruꝫ ꝑtiū an furfurea an crinoides. Et videt ꝙ furfurea ex auctoritate ysaach. ꝛ theofili: sed ꝙ illa que ē magnarum partiū vult Auicē. Et vident isti auctores discordasse. Nam Auicē. videtur velle ꝙ nunqꝫ est magnaꝝ partiū fusca nisi ex membroꝝ radicaliū eliquatiōe: sed alie ex humorum possunt cōtingere eliquatiōe. Item videt extimasse ꝙ nō sunt petala lata nisi ꝓpter profundā eliquationē: vnde partes multe viscose ꝛ tenaces eliquātur. sed in crinoyde ꝛ in furfurea minus tenaces. ꝙ si dicat crinoydē fieri ꝓpter nimiā adustionē incinerantē: hoc Auicē. nō videt voluisse quia stante vita nō potest radicaliū membrorū nobiliū tanta fieri ab intrinseco adustio vt propter illā fiat incineratio: sed plurimū quod facit calor in membris est dissoluere partes valde glutinosas que cū sunt multe cōuertunt in petala magna. Et ideo deterior est illa magnarū partium. Et ego iudicium Auicē. magis approbo.

¶ Et tu qdē iā sciuisti ex hac sūma carnose dispōnem et plurimū eius ē ex rene: et qn̄qꝫ ipa nō ē ex rene. Nā ex rene nō ē nisi cū caro est sane carnositatis et non ē in corpore liquefactio: et vrina quidē matura venaruꝫ significat sanitatem: quoniā renum egritudines maturationem nō prohibent vrine: quia ipsa supra ipsos existit.

¶ Hic determiat de hypostasi carnosa. ꝛ dicit duo. Primū est ꝙ tu cognosces dispositionē hypostasis carnose ex hac summa. i. ex his q̄ sunt nunc dicta de corticali. Id auteꝫ qđ scit est ꝙ plurimū hypostasis carnosa ē ex rene: qr alia vrinalia mēbra sunt neruosa: sed quādoqꝫ nō est. Nā quando est ex rene ē integre carnositatis sane. i. dure: ꝛ ꝓ tūc nō est in corpore liquefactio. Et per oppositū intelligit ꝙ quādo hypostasis est carnosa ꝛ nō dura tūc ē ex liquefactōe mem-

broꝝ ⁊ ē deterioꝛ. ¶ Dicit scḋo ꝙ vrina matura. i. digesta significat sanitatez venaꝝ. s. supꝛa renes ⁊ non significat ita renū dispōnes. ⁊ ratio est: qꝛ maturatio vrie ē supꝛa renes: idest perficiť in mēbꝛis supꝛa renes.

Sed hic cadit difficultas. Nā in dyabete vrina ē penitus cruda vt ꝑmo de crisi ⁊ decimaoctaua tertij: ⁊ tñ in illa patiūtur renes. igiť renū passio facit vrinā indigestā. ¶ Preterea vrine patientiū lapidē ⁊ vlcera in vesica plerūqꝫ sunt indigeste vt notat experientia ⁊ dicitur decimaoctaua tertij.

Dic quod aliquādo sunt iste passiōes renū nō cōmunicātes supioꝛib⁹ mēbꝛis ⁊ tūc vrina apparet digesta. qñqꝫ cōicanť epati. ⁊ venis ⁊ tūc variatur digō vrine ꝑ illos. Et tu hinc elice rñsionem.

¶ Hypostasis v̇o adipina adipis ⁊ pinguedinis ⁊ etiā carnis significat liquefactōez: ⁊ eaꝝ peioꝛ ē q̄ auro aque silať. Duo aūt ipsi⁹ ꝑncipia cognoscūť ex paucitate ⁊ multitudie ⁊ cōmixtiōe ⁊ sepatōe: quoniā cuz ē multa ⁊ sepata existimať ꝙ sit ex pte renis ⁊ ꝑꝑ liq̄factiōez sue adipis: ⁊ si ē min⁹ ⁊ maioꝛis ꝯmixtiōis est ex loco magis remoto. Et est cū in vrina frustuz albū granati grano simile visum fuerit ⁊ erit ex adipe renis.

¶ Determinat de adipina ⁊ dicit tria. primū ē ꝙ adipina significat liq̄factōez adipis ⁊ piguedinis ⁊ aliquādo carnis: ꝫ illa q̄ est deterioꝛ ē illa q̄ similať auro aque. ⁊ ē auꝝ aquetela super aquā putridā natās cum nitoꝛe auri ⁊ liuiditate. ¶ Dicit scḋo ꝙ ꝑncipia hypostasis adipine vtꝝ sint ex lōginquo aut ex renib⁹ cognoscunť per multitudinē ⁊ separationē ⁊ cōtraria. Nam quādo pinguedo ē multa ⁊ paꝝ permixta ē ex rene. Et quādo ē pauca ⁊ multū cōmixta ē supꝛa renes a remotioꝛi loco. ¶ Dič tertio ꝙ cū fuerit visuz granum albū in vrina simile grano granati significat ꝙ ē ex rene. ¶ Ubi nota ꝑmo ꝙ circa renes multa pinguedo inueniť: que quādo eliquať: qꝛ nō multuz moꝛať anteq̄ꝫ ad vesicam tendat. iō ⁊ multa ē ⁊ paꝝ cōmixta cū aquositate. Sed cū pinguedo supꝛa renes eliquať ꝑmū: qꝛ illa loca nō tantū abundāt pinguedie. scḋo qꝛ multā viā trāsit anteq̄ꝫ ad vesicam trāseat. iō a caloꝛe q ꝑmo eliquauit ⁊ multū cōsumiť ⁊ multū ꝓmisceť aquositati. Sꝫ de illa q̄ ē silis grano granati ꝯsidera ꝙ ē ex adipe ex ꝯcauo renū q adeps cū eliquať parū trāsit i poꝛos ⁊ stati coagulať in vesica. Si aūt a lōgioꝛi loco fuerit nō fiet ad modū grani granatoꝝ.

¶ Saniosa vero vlc⁹ significat qḋ apertū fuit ⁊ ꝓpꝛie in mēbꝛo mingēdi: ⁊ ꝑcipue si ibi fuerit sedimē laudatū ad fundū descēdēs.

¶ Hic ponit significationes saniose dicēs ꝙ saniosa significat vlcus qḋ fuit aptū ⁊ ꝓpꝛie i mēbꝛis mingēdi ⁊ hoc precipue si in vria fuerit sedimē laudabile tendēs ad fundum. ¶ Ubi nota ꝙ ꝑꝑ acuitatē vrine mēbꝛa illa aptioꝛa dicuntur ad incurrendū vlcera q̄ꝫ alia mēbꝛa intrinseca. vñ multo plures inueniūť cū vlcere renū aut vesice q̄ꝫ alioꝝ membꝛoꝝ interioꝝ nisi foꝛte intestinoꝝ. ⁊ iō cū saniosa hypostasis mingiť significať ꝙ ab vlcere venit ꝑcipue viarū vrine. Accedit ad hāc causam ꝙ etiā alioꝝ mēbꝛoꝝ vlcera nō ita faciliter per vrinā euacuāť sicut vlcera illarū viaꝝ. ¶ Nota secūdo ꝙ cū in vrina apparet hypostasis laudabilis substantie significať ꝙ mēbꝛa supioꝛa sunt sana ⁊ ꝑcipue epar a quo maxime fluere posset de alijs mēbꝛis sanies cū vria. ⁊ ideo tūc maxime significať vlcus in vijs vrine. ¶ Sꝫ difficultas est qūo in tali vrina in qua ē hypostasis saniosa apparet sedimē laudabile. ¶ Dicēdū iuxta illud ꝙ vidi ꝑ experientiā ꝙ habētes vlcera in renib⁹ ⁊ vesica non semper mingūt saniē in omni sua vria: immo q ñqꝫ eaz sine sanie mingunt ⁊ tūc non incōuenit apparere sedimē laudabile. vult igiť Auicē. ꝙ in illis i quoꝝ vrinis quādoqꝫ apparet sedimē laudabile: ⁊ qñqꝫ saniosuz multis vicib⁹ significatur ꝙ sanies ē a vijs vrine. ¶ Aut secūdo diciť ꝙ non incōuenit sanis existētib⁹ superioꝛib⁹ partibus eē vlcera in vrie vijs vñ fiet vrina digesta ⁊ cū sedimine laudato. Sanies āt grauioꝛ ⁊ grossioꝛ ⁊ pauce cōmixtiōis cū aquositate cito descēdet ⁊ hypostasis laudata postea ⁊ nō ita ad fundū.

¶ Et mucilagiosa qdē significat hūoꝛē spissuz crudū aut ꝙ ē in coꝛpoꝛe mult⁹: aut ex instrīs vrie egrediēs aut crisim aꝑtōis vene sciatice: aut doloꝛis iūcturaꝝ. Et hoc qdē cognosciť ex alleuiatiōe que post ipsam sequiť.

¶ Hic determinat de mucilaginosa. ⁊ diuiditur in tres. primo facit qḋ dictum est. secūdo docet vitare duos erroꝛes: tertio ponit vnā regulā de significatione mūcilaginose. ibi secunda. Plerūqꝫ enim. ibi tertia. Et vrina quidē. ¶ Dicit ꝑmo ꝙ hypostasis mucilagiosa significat aliqḋ istoꝝ quattuoꝛ. s. aut humoꝛē crudū multū esse i coꝛpoꝛe. Aut ꝙ multus talis humoꝛ egrediť ab instrumētis vrine. aut tertio crisiz apertiōis vene sciatice. aut quarto crisiz doloꝝ iuncturarum. quartū aūt significatū ponet in sequēti parte. ¶ Causa aūt est clara. Naz hypostasis mucilaginosa accidit: quia multū de flegmate mucilaginoso pelliť ꝙ flegma ē cruduz. hec aūt expulsio aut est ꝓpter abundantiā eius in toto aut in membꝛis vrine ꝓpter quod cogiť natura emittere aliq̄d eius. Aut ꝓpterea ꝙ maturatus est talis humoꝛ ⁊ terminať egritudo que ab illo pendebat. Et tunc plurimū erit crisis sciatice aut podagre a talibus humoꝛib⁹ pendētiū. Et per hec dať intelligi crisis alioꝝ moꝛboꝝ a talibus humoꝛibus pēdentiū. Signū ꝙ hoc modo accidit ꝑ viā crisis ē alleuiatio q̄ sequiť iuxta sñiam secūdi affoꝛismi ꝑme particule.

¶ Plerūqꝫ. n. subtiliať ⁊ attenuať ⁊ putať hypostasis laudabiľ. Quapꝛopter in acutis egritudinib⁹ nō ē ꝯfidēdū in eo qḋ apꝑet scḋm similitudinē laudabilis hypostasis cū nonduz fuerit maturatōis hoꝛa nec p̄ntes fuerit ei⁹ significatōes. Et ēt ē cū vehemētē cōplōnis renis fritatē significat. Inter saniosaz v̇o ⁊ crudā existit differētia: quoniā saniosa existit cū febꝛe ⁊ ꝑcedūt ipsaz significatōes aꝑatis ⁊ ei⁹ ꝑtes faciles sūt ad ꝯiūgēdū ⁊ sepandū. ⁊ quedā ex ea ē q̄ cū aquositate vehemēter misceť: ⁊ q̄dā ex ea q̄ separať: sed cruda ē ⁊ turbida ⁊ spissa ⁊ nō facile ꝯiūgiť nec facile sepať.

¶ Docet vitare erroꝛes ⁊ sunt duo. Prim⁹ est: ꝙ tu debes scire ꝙ hoc flegma mucilaginosuz plerūqꝫ subtiliatur ⁊ putať ꝙ sit hypostasis laudabilis: qḋ supple est falsum. ¶ Et ex hoc infert Auicē. ꝙ in moꝛbis acutis nō est cōfidendum in eo qḋ apparet secūdū similitudinē laudabilis hypostasis cum nōdum fuerit hoꝛa maturatōis nec fuerint p̄sentes ei⁹ significatiōes. Et subdit ꝙ hypostasis mucilaginosa qñqꝫ significat vehemētem frigiditatē complexiōis renū. ¶ Secundus erroꝛ est ꝙ aliquādo est hypostasis saniosa ⁊ apparet cruda ⁊ mucilaginosa. Et differētia inter eas ē: quoniā saniosa est cū fetoꝛe ⁊ cruda sine fetoꝛe. Et saniosam precedūt signa apostematis in aliquo mēbꝛo nō sic est in cruda. Et partes saniose faciliter separanť quādo vrinale cōcutiť ⁊ faciliter cōiungūtur quādo dimittiť quietū: sed in mucilaginosa vel cruda ē oppositū: immo ē turbida spissa que nec faciliter diuidiť in partes nec faciliter separata congregať. ¶ Circa primū igitur erroꝛē attende ꝙ sepe in eo decipiūtur medici. Nam a caloꝛe febꝛili sepe subtiliatur aliqḋ flegma crudū ⁊ habet similitudinē laudabilis hypostasis ⁊ nō est. Et iō ad hūc erroꝛē vitandū opꝫ primo ꝯsiderare naturaz ⁊ speciē moꝛbi in se: ⁊ videre vtꝝ in tāto tēpoꝛe debeat esse materia moꝛbi digesta. secūdo opoꝛtet cōsiderare alias conditiones omnes dictas supꝛa de laudabili hypostasi vt vtrū sit similis hypostasi aqueo. cito descendēs ⁊c. tertio ex alijs signis significātibus materie digestionem sicut sputum feces ⁊ quedam alie dispositiones magis a longe digestionem significantes. Residuum est clarum.

¶ Et vrina qdē in qua plurima mucilaginosa hypostasis apparet quādo ē exuberans cū in fine podagre apparet ⁊ doloꝝ arteticoꝛuz significat bonum.

¶ Hic ponit vnā regulam dicēs q̄ vrina in qua ē plurima hypostasis mucilagiosa ī fine doloꝝ iūcturaꝝ ⁊ podagre ē bonū signū: ⁊ cā ē: q: significat q̄ expellit cretice bōa crisi.

¶ Capillaris aūt est ꝑpterea q̄ hūor occult⁹ cōsolidat ex calore in ipm agēte que qn̄q3 est alba qn̄q3 ē rubea ⁊ ei⁹ cōsolidatio ē in rene: ⁊ ferūt quidā q̄ in ei⁹ longitudie plerūq3 palmi mēsura inuenitur.

¶ Hic docet significata capillaris hypostasis. scđo cām dicens q̄ hypostasis capillaris ē pp humorez occultū q ꝯsolidat pp calorē in ipm agentē. ⁊ ista hypostasis qn̄q3 est alba qn̄q3 rubea ⁊ ei⁹ ꝯsolidatio ē in rene. Et qdā dn̄t q̄ in eius lōgitudie plerūq3 iuenit mēsura palmi. ¶ Et tu de hac vide Ha. quarta affo. 78. ꝯmen. vbi talē rōnē adducit ad ostēdēdū q̄ pili isti sunt ex materia īgrossata in renib⁹ ⁊ ibi adusta a calore: q: illi q hoc patiūt sunt vtētes grossa ⁊ viscosa dieta vt comestiōe fabaꝝ ⁊ casei ⁊ nō curāt nisi cū medicia incidēte ⁊ hūectāte ⁊ subtiliāte ⁊ ꝓcipue d3 ītelligi si habuerit respectū ad renes. Et ibi Halie. narrat q̄ medietatē brachij hūit vn⁹ talis pilus ī lōgitudie. Ego āt in mōte alcino vidi hoiem q pilos quotidie p multos ānos mixit nōdū curatus erat cū multoꝝ medicoꝝ ꝯsilia secutus eēt. ¶ Cā aūt ꝓpter quā in renib⁹ generat ⁊ nō in alijs mēbris ē: q: ibi ē colatoriū strictos poros hn̄s a quo oriuntur pori vritides. In trāsitu igit p porros materia recipit subtilitatē pili ⁊ pēdet pillus ī porro vritide ex capite vno dū ex alio stat adherēs colatorio. Et loci cōmoditas ī alijs mēbris nō iuenit.

¶ Que autem fermēti infusi frustulis similis existit debilitatē significat stomaci ⁊ ītestinorum ⁊ digerēdi malitiam ī ipsis. ⁊ est plerūq3 causa ei⁹ comedere lac ⁊ caseū.

¶ Docet significata hypostasis similis frustulis fermēti in aqua dissoluti dicens q̄ hoc significat debilitatē stomaci ⁊ ītestinoꝝ ⁊ malitiā digerēdi: ⁊ qn̄q3 est pp comestionē lact̄ ⁊ casei. ¶ Ubi nota q̄ hic nō d3 dicere textus frumēti frustulis: 3 fermēti. Nā vrina silis frustulis frumēti ē illa q̄ vocat crinoides: ⁊ de hac dic̄ Ha. scđo pnosti. ꝯmē. 28. q̄ nō pōt fieri p hunc modū q̄ ptes cibi īdigeste veniāt ad vias vrine dure vt erāt: imo ē ex adustiōe hūoꝝ. S3 ista est silis frustis fermēti qđ ē ad fermētādu3 panē dissolutū in aqua: ⁊ sunt q̄dā ptes albe valde grosse sicut fermentū ⁊ iste accidūt mō dicto. Nō igit bene dixit Din⁹ cū cōcessit hāc esse manerīē aliā crinoidalis hypostasis apparentē in sanis: sed Aui. supra ⁊ Ha. loco allegato loquutū eē in egris. ¶ Modus aūt quo accidit hec vria aut ē: q: a stomaco tales ptes trāseūt aut q: ex chilo crudo tales generāt in epate.

¶ Arenosa v̄o semp significat lapidē q cōsolidat aut cōsolidādo procedit aut qui resoluit. ⁊ que qdē est ex eis rubea ē ex rene: ⁊ quādo nō ex rubea est ex vesica.

¶ Ponit significata hypostasis arenose ⁊ dic̄ q̄ ista semp significat lapidē q ꝯsolidat aut ꝯsolidādo ꝓcedit aut lapidez q resoluit. Et si ē rubea ē ex rene: ⁊ si est alteri⁹ coloris ē ex vesica. ⁊ p rubeā intelligas citrinā. ¶ Ubi nota q̄ arenosa differt a crinoidi: q: ē durior ⁊ cōiter minoꝝ ptiū. ¶ Nota scđo q̄ renes fortē habēt virtutē digestiuā respectu vesice. Et iō supfluitatē diu in eis retētā sibi in colore assimilāt. ⁊ pp hoc lapis ⁊ arena renu3 sunt rubei aut citrini. 3 vesica est alba ⁊ debilis digōnis. ⁊ iō lapis in ea genit⁹ aut ē alb⁹ aut scđm colorē hūoris ex quo fit vt aliqn̄ niger. ¶ Nota tertio q̄ ē dr̄ia iter arenā significātē lapidē qui coagulatur ⁊ arenā significātē dissolutionē. Na3 p̄ma ē grossior ⁊ viscosior ⁊ mollior. Scđa ꝯrijs modis dispōitur. ¶ Nota tn̄ vt vult ꝯciliator p̄mo epydimiaꝝ illa pte. Aut in renib⁹ dolor pōderosus. qn̄q3 arenule a renib⁹ sunt albe: 3 raro. Et ego testor me venetijs iā vidisse mulierē q̄ post dolorē renū vehemētissimū q versus pectinē extēdebat administrato balneo minxit lapides plures albos ad modū aluminis roche combusti. ¶ Ex quo p3 q̄ l3 vtplurimū superfluitates sibi assimilent nō tamē semper. Et ex hoc pat3 causa quare pili de quibus supra quādoq3 sunt albi.

¶ Plurimū aūt que cineritia ē flegma significat aut pus cui ꝓpter lōgam mora3 accidit coloris mutatio: ⁊ sectio partiu3: ⁊ ē qn̄q3 ꝓpter adustionē que ei accidit.

¶ Determiat significata cineritie dicēs q̄ plurimū qđ significat cineritia hypostasis ē flegma aut pus cui pp lōgā moram accidit mutatio coloris ⁊ sectio. i. minoratio partiū. Et qn̄q3 ē pp adustionē q̄ accidit ei. Cineritia āt differt ab arenosa in duritie: q: nō tantū est dura ⁊ minores valde partes h3 sicut cinis. Et causa huius ē q: nō videt alia materia bene mutabilis in hūc colorē ⁊ modū substātie q̄3 due dicte.

¶ Sanguisugalis v̄o hypostasis si vehemēter ē mixta epatis debilitatē significat. ⁊ si minus hac significat vuln⁹ in cānalib⁹ vrie ⁊ cōtinuitatis solōnē in ipis. ⁊ si fuerit sepata plurimū ei⁹ erit ī vesica ⁊ ī virga. ⁊ nos qdez ꝑscrutabimur hoc ī particularib⁹ egritudinib⁹ in capitl'o de mictu sanguis: ⁊ si in vrīa fuerit sicut sanguisuge rubee īfirmo splenē hn̄te resoluet vel arescet splen ipi⁹. Scito aūt q̄ in egritudinib⁹ vesice nō mult⁹ egredit sanguis: quoniā ei⁹ vene mixte sunt in ipius corpore calcate ⁊ anguste ⁊ pauce.

¶ Hic ponit significationes hypostasis sanguisugalis siue sanguinee. ¶ Et dic̄ sex. p̄mū ē q̄ talis hypostasis qn̄q3 ē multū cōmixta cū aquositate: ⁊ significat debilitatē epatis. ¶ Scđm ē q̄ si ē mixta: 3 minus: significat solōnē ꝯtinui in vijs vrie. ¶ Tertiū ē q̄ si ē m'ltu3 sepata: tūc ē ex vesica vl' nigra. ¶ Quartū ē qđ de hoc magis docet ī tertio ī capl'o de mictu sanguis. ¶ Quintū ē q̄ si in vrīa appent sic̄ sanguisuge ī frigido patiēte splenē. i. grossitiē splenis significat salutē illi⁹ morbi. ¶ Sextū ē q̄ tu scias q̄ ī egritudinib⁹ vesice nō mingit mult⁹ sanguis: q: vene sue sūt ꝯmixte cū sua carne calcate āguste ⁊ pauce. ¶ Et tu ꝯsidera hic dici sanguisugalē sanguineā hypostasi3. Et tūc est clara cā p̄mi dicti. Nā ex epīs debilitate accidit q̄ nō pōt seq̄strare aquositatē ex sanguie. ⁊ iō multū de sanguie tr āsit cū vrīa. ita cū a renib⁹ nō pōt bn̄ colari ⁊ multū de sanguie vadit cū vrīa ⁊ multū est ꝯmixt⁹ pp lōgitudinē vie qua veniūt sil'. ¶ S3 dices. Pori vritides sunt neruosi 3 ex eoꝝ solōne ꝯtinuitatis non egredit sanguis. ¶ Hic dr̄ q̄ sunt neruosi tn̄ in eis aliq̄ sunt venule qb⁹ aptis fluit sanguis minus tn̄ ꝯmixtus q̄3 ab epate veniēs. ¶ S3 itē est difficultas qūo ex splene veniat sanguis ad modū puaꝝ sanguisugaꝝ. Cum. n. splen multo magis distet a vesica q̄3 epar magis ꝯmixtus d3 esse aquositati sanguis a splene veniens q̄3 ab epate. Hic dicit q̄ sanguis iste ꝓpter sui grossitiē ⁊ viscositatē nō miscet cū aquositate sicut ab epate veniēs. Nā lōgitudo vie maiorez facit ꝯmixtionē si cetera sint paria. Deinde cū dicit.

¶ Hypostasis vero significatio ex quantitate ipi⁹ sumpta multitudie qdē sui ⁊ paucitate declarat cause ipa3 efficiētis multitudinē aut ei⁹ paucitatē: ⁊ ex quātitate qdē sui in magnitudine aut paruitate sui ē quemadmodū diximus in hypostasi mucilaginosa.

¶ Hic ꝓsequit de significatōe hypostasis p scđm modū dispositionū ꝯsistētiū in ea. s. p ꝯsideratōe3 quātitatis. ⁊ dicit duo. vnū ē q̄ hypostasis multa declarat multitudinē cāe facientis ipa3 ⁊ pauca paucitatē. ¶ Dicit scđo q̄ de q̄3titate hypostasis in magnitudie ⁊ puitate ē queādmodū dictū est de hypostasi mucilagiosa. ¶ Ubi p̄mo nō p magnitudinē aut puitatē hypostasis nō ītelligi ei⁹ magnitudinez aut puitatē quo ad sui totalitatē: 3 p magnitudinē ⁊ puitatē ītelligimus quo ad partes hypostasis ita vt illa dicat magna q̄ h3 ptes magnas ⁊ eᷣ parua hn̄s ptes puas ita q̄ in hypostasi hn̄te ptes diuersas quedā est q̄ cōposita est ex partib⁹ paruis queda3 ex magnis. ⁊ de hoc modo loquit hic.

Sed tunc sunt due difficultates. p̄ma q: hypostasis multa est in egris ⁊ in sanis pauca. Sed in sanis cā faciēs hypostasum est amplior, igit non

est veꝝ ꝙ multitudo hypostasis significet multitudinē cau
se ipsam facientis. ⁊ minoꝛ pꝫ: quia virtus est amplioꝛ in sa-
nis ⁊ virtus est cā efficiēs hypostasiꝫ.

Secunda difficultas: qꝛ nō videt ꝙ significatio
hypostasis magne mō dicto sit quem-
admodū dictū est in mucilaginosa: qꝛ mucilaginosa multa ē
bonū signū in fine morboꝝ: sed aliquādo est malū signū in
ꝑncipijs significās materie multitudinē. hypostasis autem
magnaꝝ partiū est semꝑ bona: vt vult Gali. scdo ꝓnostico
rum cōmēto. 2 8. cum dixit. Quod est qꝛ sedimē diuersum
cuius partes sunt magne ē super virtutis significationē se-
cundū magnitudinē illi⁹ substātie cōposite ex partib⁹ illis ⁊
rectificationē digōnis eius. partes aūt parue significant ꝙ
materia iā vincit naturā ⁊ superauit eam.

Ad primum istoꝝ dicit ꝙ Aui. per cām faciē-
tem hypostasim intellexit impro-
prie cām materialē. s. humorē: vnde decidit.

Ad secunduꝫ dicitur ꝙ hypostasis magnarū
partiū ē bona respectu hyposta
sis paruaꝝ partiū: lꝫ vtraqꝫ non sit optima. Et dicit ꝙ simi
litudo istius in cōparatione ad mucilaginosaꝫ est intelligen
da ꝙ sicut magnitudo ⁊ paruitas significāt in mucilagiosa
ita in hypostasi diuersaꝝ partiū magnitudo ⁊ paruitas par
tiū. mō in mucilaginosa melioꝛ est multa ꝙ̄ pauca. ¶ Et tu
istud intellige nō vt dixit Dinus dicēs ꝙ hoc quādoqꝫ est
ex dnīo virtutis qnīqꝫ ex multitudine materie. ⁊ concedēs
ꝙ hypostasis paruaꝝ partiū qnīqꝫ est ex dominio virtutis:
cuius oppositū expresse vult Galie. loco allegato.

¶ Eius aūt significatio ex qualitate sui est ex
coloꝛe qdē ipsi⁹ quoniā q̄ ex ea nigra est signi
ficat malū secūdum diuisiones quas nomina
uimus. Que tamē ex ea sanioꝛ est illa ē cuius
hypostasis ē nigra ⁊ aquositas nō est nigra. ⁊
rubea qdē sanguinis significat ꝓprietatē ⁊ fa
stidiū: ⁊ citrina quidem significat caloꝛē foꝛtē
⁊ egritudinem insidiosam. Et ex ea quideꝫ q̄
alba est quedam ē bona sicut dixim⁹: ⁊ quedā
est mala sicut mucilagiosa aut saniosa aut spu
mosa maturatōi cōtraria. Viridis quoqꝫ semi
ta ē ad nigrā. Ex doloꝛe vero ei⁹ ē queādmo
dū diximus ī his q̄ p̄missa sunt.

¶ Nō ponit significatiōes qualitatis hypostasis. ⁊ p̄mo co
loꝛis. scdo odoꝛis. ¶ In p̄ma ponit quīqꝫ coloꝝ significa-
tōes dicēs ꝙ hypostasis nigra ē mala scdm diuisiōes nomi
natas. i. secundū modos dictos in capl'o de coloꝛibus. ꝙ sit
malus coloꝛ niger pꝫ: qꝛ aut significat vehemēs frigus con
gelans aut caloꝛē adurantē. sed dicit ꝙ illa est minus mala
cū hypostasis est nigra ⁊ vrina nō ē nigra. ¶ Ubi nota ꝙ
queādmodū vt dictū est loco allegato quādo vrina nigra
est ꝓpter crisiꝫ egritudinū mlicaꝝ ⁊ est signū bonum: ita hy
postasis cū alijs signis multa exñs ē aliquādo signū bonuꝫ:
sed quādo nō est per modū crisis semper est mala: ⁊ minus
mala quādo hypostasis ē nigra ⁊ nō vrina. Naꝫ significat
nō tantā esse multitudinē materiei male: imo aliqñ talis ma
teria digerit: ꝫ raro. ¶ Dicit scdo ꝙ hypostasis rubea si-
gnificat dnīuꝫ sanguinis ⁊ fastidiū. ¶ Ubi nota hypostasiꝫ
fieri rubeā deducto vlcere ex sanguinis dnīo. Nō dnāte
sanguine plerūqꝫ est fastidiū. nā vna de causis non esurien
di est copia sanguinis in epate vt tertio naturaliū virtutuꝫ.
¶ Dicit tertio ꝙ hypostasis citrina significat caloꝛē foꝛteꝫ
⁊ egritudinē insidiosaꝫ. Et hoc qꝛ significat colere nō pure
dnīuꝫ. talis aūt est multū calida: ⁊ egritudo ab illa ē pericu-
losa p̄serti multa exñte materia. ¶ Dicit quarto ꝙ hypo-
stasis alba q̄dā est bona de qua supꝛa dictū ē. quedā mala:
sicut saniosa mucilaginosa ⁊ spumosa. Et spumosa ē illa de
qua dixi supꝛa cū dicebat ꝙ equalitas est melioꝛ tinctura.
vide ibi. ¶ Dicit quinto ꝙ viridis ē semita ad nigram. Et
hic ꝑ viridē possum⁹ etiā intelligere indicā ⁊ ireālē ⁊ fistica
lem. ⁊ oēs isti coloꝛes sunt minus mali ꝙ̄ niger in quo ter-
minant: lꝫ aliqua nigra hypostasis aliqua viridi sit minus
mala. Viridis āt vere viriditatis significans coleram ꝫina
riam est pessima: nec ē via in nigram. ¶ De secunda parte
dicit ꝙ de odoꝛe hypostasis omnino dicēdum est sicut su-
perius dictū est de odoꝛe vrine.

¶ Ex ipsi⁹ vero situ ⁊ ex lenitate quidem sui ⁊
diuulsiōe: quoniā lenitas ⁊ equalitas ī hypo
stasi laudata ē melioꝛ: ⁊ in nō laudata est dete
rioꝛ. Sed diuulsio significat vētositates ⁊ di
gerendi debilitatem.

¶ Ponit significatiōes ex situ partiū adinuicem ⁊ compre-
hendit hic lenitatem in superficie ⁊ asperitatē ⁊ diuulsionē
⁊ coniunctionē partiū adinuiceꝫ. Et dicit ꝙ lenitas ⁊ equa
litas in hypostasi laudata est melioꝛ: sed in non laudata est
deterioꝛ: sed diuulsio significat ventositatē ⁊ digerendi de
bilitateꝫ. ¶ Ubi nota ꝙ sicut lenitas ⁊ equalitas in hypo
stasi laudata significat vnifoꝛme dominiuꝫ caloꝛis natura-
lis super materiā. ita in mala significat vnifoꝛme dominiuꝫ
male qualitatis. Diuulsio aūt significat ventositatē. Sꝫ iu-
dicio meo quidam sunt modi diuulsiōis qui aliqd aliud si-
gnificāt vt hypostasis circularis vel perfoꝛata. nā ista iudi
cio meo significat materiei viscositatē ⁊ grossitiē: ⁊ cuꝫ hoc
plurimā caliditatē. Modus aūt est: qꝛ a medio vrine pluri
mi fumi sursuꝫ via recta ascēdunt qui ꝓhibēt ꝯgregari hy-
postasim circa mediū vrinalis: sed circunquaqꝫ descenden
te materia vniuersaliter in circulo ⁊ sui viscositate post va-
poꝛum recessum non coincidunt partes.

¶ Eius aūt significatio ex loco sui ē: quoniaꝫ
aut ē natās ⁊ vocat nubes aut pendēs. ⁊ hec
quidem est in medio stās que ē maioꝛis matu
ratiōis ꝙ̄ pꝛima. ⁊ ex pendēte illa melioꝛ ē cu
ius ruge ⁊ fimbꝛie ad īferioꝛa declināt aut ad
fundum descendēs que ē melioꝛis maturatio
nis. hoc quidem ē de hypostasi laudata. Nō
laudata vero q̄ leuioꝛ ē melioꝛ existit: sicut ni-
gra: ⁊ hoc in febꝛibus acutis: ⁊ similiter si hu-
moꝛ ē flegmatic⁹ aut melācolicus: quoniā ea
que ē vt nubes melioꝛ ē ea que inferi⁹ descen
dit. significat. n. ei⁹ subtilitateꝫ nisi cū causa na
tationis fuerit multa ventositas: ⁊ si nō fuerit
ita: natās est melioꝛ ꝙ̄ pendēs: ⁊ inferi⁹ descē
dens est deterioꝛ.

¶ Ponit hic significatiōes ex locis hypostasis in vria. s. aut
superius aut inferi⁹ aut in medio. ⁊ pꝛimo in genere bone
vel male. secūdo dat causas natādi vel ad fundū descendē
di. tertio ponit regulas spāles in significādo per locū hypo
stasis. ibi secūda. Et cā quidē natādi. ibi tertia. Cūqꝫ in p̄n
cipio. ¶ In p̄ma dicit ꝙ hoc mō significam⁹ ex loco hypo
stasis. Nā aut natat iuxta sꝑficiē aut pendet ī medio. ⁊ ista
significat maioꝛē maturatiōeꝫ ī hypostasi laudata. ⁊ de ista
melioꝛ est q̄ habꝫ quasi fimbꝛias ad fundū descēdētes: qꝛ si
gnificat ꝙ in ꝑte materiei magis ꝓcessit digestio. Alia v̄o
est descendēs ad fundū: ⁊ ista significat maioꝛē maturatio-
nem. hic est modus significādi in hypostasi laudata. Sꝫ in
nō laudata illa q̄ est leuioꝛ ē melioꝛ sicut nigra ⁊ hoc i febꝛi-
bus acutis. ⁊ sil'r si hypostasis sit humoꝛ flegmatic⁹ aut me
lācolicus: quoniā nubes ē melioꝛ ꝙ̄ pendēs: ⁊ pendēs me
lioꝛ ꝙ̄ subsidēs: qꝛ iste significant subtilitateꝫ nisi foꝛte fue
rit pendens ex ventositate. Et si causa nō fuerit ventositas
tunc melioꝛ est natās ꝙ̄ pendēs ⁊ melioꝛ pendens ꝙ̄ stās
in fundo. ¶ Sed hic attēde ꝙ in coꝛpoꝛib⁹ sanis in quibus
hypostasis apparet melioꝛ significat digestio ex hypostasi
in fundo ꝙ̄ pendēte ⁊ melioꝛ ex pēdēte ꝙ̄ ex natāte: vñ in
tēꝑato debite exercitato ⁊ si minus de hypostasi apꝑeat ꝙ̄
in tēꝑato qetato tñ illud apparēs ē in fundo. ¶ Attēde se
cundo ꝙ ī egris solēt doctoꝛes hāc distictiōeꝫ p̄ōere ꝙ hy
postasis aut descēdit magis scdm grossitiē hūoꝝ ⁊ min⁹ se
cundū subtilitatē: aut magis descēdit: qꝛ caret vētositate ⁊
min⁹: qꝛ vētosa. Aut tertio magis descēdit ex oꝑatiōe natu
re digerētis. Tūc dicūt ꝙ maioꝛ descēsus rōne oꝑis natu
re ⁊ rōne carētie vētositatis est melius signū: sed maioꝛ de
scēsus ratōe grossitiei humoꝝ est deterioꝛ. ¶ Sꝫ hoc pla-

num est ex his que dixit Auicē. Nā dixit q̄ hypostasis laudata ē melior descendēs nisi causa natādi fuerit vētositas. In nō laudata q̄ est de substātia humoꝝ leuior est melior: q̄ꝛ isti hūores leuiores ⁊ subtiliores facili⁹ a natura vincūt

¶ Et causa qdē natāri supi⁹ ē caliditas cū qua ē acuitas ⁊ vētositas. Hypostasis āt diuulsa i grossa supius natat: ⁊ ꝓprie cū sit leuis ⁊ in tenui descēdit inferius: ⁊ ꝓprie cū sit grauis.

vbi supra: ꝛ hãc dixit nō eē ꝯsideratiōis medici. Nō. n. cōsi
derat medicꝰ sanitatē nisi inq̄ꝫtū ē ꝑncipium opationum.
Alia ē sanitas perfcã latitudinē hn̄s aliquantã angustaꝫ tñ
valde: ꝛ hec i paucis indiuiduis: nec in eis nisi in longis tē
poꝝ interuallis pōt repiri. ¶ Ad hãc enim reqriṫ optimꝰ
celestis influxus siue aspectus. v̊bi gr̄a ꝯiūctio saturni ꝛ io-
uis in ꝑ̊ncipio arietis ꝛ alij aspectus. ꝛ iō nedum plures ꝫ
nec forte duos simul cōuenit ꝓduci. tūc. n. vr̄ illud ex spāli
diuina gr̄a ꝯtingere: sicut dū g̃natur ꝓpheta medius exi-
stens vt supra inter sapientes ꝛ angelos qualē dicunt fuisse
moysem. de hoc mō sanitatis optime dixit Hali. in libro de
optima hitudine ꝙ vltimo ꝑfectū in oībꝰ. vt ꝙ neqꝫ in cō
silibus neqꝫ in organicis particulis nihil haberet incōmen
suratū sic positū nō valde quidē ꝯtingit ꝫ in longis tempo
rū ꝑiodis ꝯsueuit fieri. qđ ãt breue deficit ꝛc̄. ¶ Tertius ē
modus sanitatis optīe ab hoc scđo paꝝ differens repertus
in indiuidio in tpe in quo meliores ꝛ robustiores pōt ꝓdu-
cere opationes durans fortasse ꝑ tres annos vel circa. vt
circa. xxxiij. annū in quo tpe passus ē xp̄s. ꝛ notum est ꝙ h̄
modus hꝫ latitudinem. ¶ Ad argumēta igitur dr̄ ꝛ primo
ad primum ꝙ auic. dedit intelligere eius latitudinem ex ꝑ-

cedenti mō equalitatis. Ex quo enim ponitur pars equalitatis primi modi habet latitudinem. Ad alia satis pꝫ ex dictis in questione.

Questio VIII.

q Ueritur octauo. vtrum complexio hūana sit ceteris cōplexionibꝰ propinquior equali ad pondus. ⁊ inter cōplexiones humanas equalitas scđi mōi sit ꝓpinquior equali ad pōdus. ¶ Et arguitur ꝙ nō. q꜡ quodlꝫ viuēs saltē vita sensitiua recedit ab equali ad pōdus per calidū ⁊ humidū: ſ; multa sunt viuētia vita sensitiua que hoīe sūt minus calida ⁊ humida. ergo multa sunt viuētia hoīe equali ad pōdus ꝓpinquiora. pꝫ ꝯña ⁊ minor. ⁊ assumptū ꝓbatur ꝑ prima parte. primo q꜡ cuiuslibꝫ viuētis opatio pficitur ꝑ calidū ⁊ humidū. scđo q꜡ quodlibꝫ viuēs gn̄atur ꝑ digōem. ſ; non fit digō nisi dn̄ante calido. vt hꝫ quarto methauroꝝ. ergo ⁊c̄. Tertio. quia cuiuslibꝫ membri vel ꝑtis viuētis ꝯseruatio fit ꝑ nutritiōem q̄ nō fit nisi ꝑ dominiū cali. ē. n. nutricatio ꝯuersio nutrimēti ⁊c̄. facta ab aīa mediāte calore nāli. quarto. quia generatio viuentis ē prima ꝑticipatio aīe nutritiue in calido naturali ⁊ vita ē eius ꝑmāsio vt colligitur ex dictis ꝑhi in libro de morte ⁊ vita. Et ꝑ silē argumētū deduci pōt ꝙ hō de scđo mō eq̄litatis ad iustitiam nō magis appropinquat eq̄li ad pōdus vel eiꝰ ꝯplō ꝗꝫ aliqua alia: q꜡ totalis humana ꝯplexio saltē in sua nāli dispōne exn̄s excedit equale ad pondus per calidum ⁊ humidū. ergo ꝯplexio minus calida ꝗꝫ equalitas scđi mōi eq̄le ad pondus minus excedit per calidū ⁊ humidū: ⁊ ꝑ ꝯñs ab eodē minus recedit. ¶ Scđo ad p̄ncipale arguitur sic. plus repugnat eq̄litas pōderalis ꝯplexioni humane ꝗꝫ alicui alteri ꝯplōni. ergo ⁊c̄. pꝫ ꝯña: eo ꝙ īter quascūꝗꝫ formas substantiales diuisibiles intensiue ē maior repugnantia: inter illas ē distātia. ⁊ assumptū vꝫ auic. in lr̄a. dicētis nō eē possibile reperiri ꝯplōnem equalē ad pōdus vt sit complō alicuius mixti: ꝗꝫto magis vt sit cōplō hoīs vel mēbri. clare hic inuitur ꝯplōnē eq̄lē ad pōdus magis repugnare homini ⁊c̄. ¶ Tertio ad p̄ncipale sic arguitur. sicut se vꝫ hēre membrū perfectiꝰ ad mēbra cetera ipfectiora. ita se dꝫ hēre al' perfectiꝰ ad animalia ipfectiora. sed ꝑfectissimum mēbroꝝ in genere mēbroꝝ ē calidissimū. ergo perfectissimū aīal in genere animalium silr̄ ē calidissimum. tꝫ ꝯña ⁊ maior. ⁊ minor arguitur cor. n. exn̄s mēbꝝ maxime principale nr̄i corporis ē mē bꝝ calidissimum mēbroꝝ nr̄i corporis. ergo ⁊c̄.

In oppositum Est dn̄s aui. in littera. scđo quia sēsus tactus est in hoīe perfectissimus respectu alioꝝ aīalium vt colligitur scđo de aīa: ⁊ hoc ṅ pōt eē nisi ponendo ipm̄ maxime mediū: eo ꝙ opꝫ ipm̄ eē denudatū ab excellentijs tāgibilium. ideo videtur ꝙ organum tactus humani corꝑis hēat ꝯplōnem seu dispōnem maxime mediā ⁊ per ꝯñs ⁊c̄. ¶ Et per idē vꝫ tactū tēꝑati hoīs fore mediū ⁊ ab excellentiis tāgibilium magis denudatū respectu tactus distēꝑati. ¶ Et ꝯfirmatur q꜡ dato opposito seq̄tur tactū mli̇ci eē ꝑfectiorem ꝗꝫ sit tactꝰ tempati. qđ ē ꝯ ꝑhm scđo de aīa. scđm eniꝫ hūc sensum iudicamus hoīes ingeniosos vel nō ingeniosos eē. duros. n. carne duros mēte. molles carne molles mente siue aptos dicimꝰ. ⁊ ꝯña principalis ꝓbatur: p̄mittendo ꝙ obiectū quodcūꝗꝫ tactui p̄ntatum minꝰ calidū ꝗꝫ sit organū tactꝰ per tactū iudicatur frigidū. minus v̇o frigidū iudicatur calidum. ⁊ sequitur ꝙ obiectū tāgibile mediū inter dispōnem organi tactus temperati ⁊ dispositiōem organi tactus mli̇ci ꝑ tactum tēꝑati iudicatur frigidum: ⁊ per tactū mli̇ci iudicatur calidū ⁊ siccum ⁊c̄. vnde ex hoc formari pōt hoc argumentum. de quocunqꝫ tangibili recte iudicat temperatus ṫ eodem recte iudicat mli̇cus ⁊ nō econtra. ergo ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ assumptū pꝫ intelligenti ꝑ ꝺductiōem argum̄ti p̄cedent̄.

Respondendo ad istam questionem p̄mittam primo quedam preambula. scđo ponam ꝯclusiones de quesito.

Quantum ad primum. sit hec p̄ia suppō ꝙ ꝑfectius operatur anima suas operationes mediante tēperamento vel equalitate iusticiali ꝗꝫ mediante aliqua dispositione lapsa pꝫ. quia. iustitiale temperamentū ē instrumentum anime ꝓportionatissimū ad operationes exercendas. ideo mediante isto perfectius operatur forma. pꝫ ꝯña ⁊ assumptum similiter intuenti. ¶ Secunda suppō est hec. ꝙ totalis complexio humana in sua naturali dispositione existens excedit equale ad pondus per calidum ⁊ humidum: hec suppositio ꝓbari pōt per argumenta tacta ante oppositum. ⁊ videtur de mēte Aui. infra ponētis ꝙ caliditas ē vite ꝯformior ꝗꝫ frigiditas ⁊ hūiditas ꝗꝫ siccitas. ⁊ pōt argui quia dato opposito sequitur ꝙ nutrimentum ꝓprium ossis non ꝯuerteretur in substātiam ossis per actiōem caloris naturalis. in ipsum q꜡ cum os ponatur frigidū a prediio iam potius videtur nutrimentū infrigidare ꝗꝫ calefacere: nisi forte diceret aduersarius ꝙ nutrimentū trāsiens ad os ē frigidius osse. vnde os est potēs calefacere. transeat igitur hoc argumentū. ⁊ sufficiant argumenta ante oppositum. ¶ Tertia suppō' ē. ꝙ inter equale ad pondus ⁊ equalitatē scđi modi multe sunt dispōnes medie: quarū q̄libet est calida respectu equalis ad pondus. frigida vero respectu eq̄litatis ad iusticiam siue secūdi modi. hec suppō pꝫ ex precedenti. ¶ Quarta ꝙ suppositio ē. ꝙ eq̄litatē iustitialē possumus ad alias dispōnes scđm ꝓpinquitatē ad equale ad pondus dupl'r compare. primo rōne gradus sue perfectionis qui arguitur ex operationibus ab ea ꝓuenientibꝰ. secūdo ratione gradualis mensure qualitatum primarum i quibus consistit equalitas iustitialis.

Quantum ad secūdum sit hec prima conclusio ꝙ comparando cōplexionem humanam ad alias mixtoꝝ cōplexiones in ꝓpinquitate vel distantia ad equale ad pondus rōne suoꝝ graduum perfectionis totalis humana cōplexio inter ceteras cōplexiones mixtorū est maxime distans ab equali ad pondus. ꝓbatur sic. plꝰ ꝑfectionaliter excedit humana cōplexio equale ad pondus ꝗꝫ aliqua alia excedat illud idē. igitur ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ assūptū similiter intuenti. ¶ Secunda conclusio. seq̄tur ꝙ comparando equalitatē scđi mōi ad alias cōplexiones hūanas in ꝓpinquitate vel distātia ad equale ad pondus rōne suoꝝ graduum ꝑfectiōis equalitas scđi mōi ē ab equali ad pondus ceteris ꝯplexionibus distātior. ꝓbatur vt precedēs. q꜡ plus ꝑfectionaliter excedit equalitas scđi mōi equalitatē ad pondus ꝗꝫ aliqua alia humana cōplexio excedat illud idem. igr̄ ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ assumptū arguitur. q꜡ perfectior ē equalitas scđi mōi ꝗꝫ aliqua alia eo ꝙ ꝑfectiores opationes ꝓducit. ¶ Itē q꜡ vt circa lr̄am tactū ē rōne sue ꝑfectionis obtinet equalitas scđi modi extremū intensius totius latitudinis sanitatis. igitur ⁊c̄. ¶ Tertia cōclusio. compando cōplexionē humanā ad alias ꝯplexiones mixtorum i ꝓpiquitate ad equale ad pondus rōne mensure qualitatum in q̄bus consistūt cōplexiones iā dicte alicuius mixti ꝯplexio ē ꝯplexione hūana ꝓpinquior ad equale ad pondus: ⁊ alicuius ꝯplexio est distātior ab eadē. Hec conclusio pꝫ. q꜡ multa sunt mixta hoīe calidiora ⁊ humidiora. similit̄ multa sunt viuentia eodē minus calida. igr̄ ⁊c̄. pꝫ ꝯña cū ponatur cuiuslꝫ viuētis ꝯplexionē excedere equale ad pondus per calidum ⁊ humidum. ¶ Quarta cōclusio. sequitur ꝙ etiā taliter cōparando equalitatē secundi modi ad alias ꝯplexiones humanas i propinquitate ad equale ad pōdus: aliqua ꝯplexione humana equalitas secūdi modi ē ꝓpiquior ⁊ aliqua distantior ab equali ad pondus. pꝫ similiter vt p̄cedens. ¶ Ex hac conclusione sequitur hanc ꝯsequentiā non valere. hꝰ tactus organū est propinquus equali ad pōdus ꝗꝫ hꝰ vel istius. igitur h tactus est melius vel rectius iudicans. pꝫ. organū. n. tactus melanconici ē hmōi ⁊ tm̄ non perfectius iudicat. igr̄ ⁊ cetera. ¶ Seq̄tur secundo non iō organū tactus eē melius dispositū. q꜡ ab excellentiis tangibiliū sit magis denudatū. ¶ Tertio seq̄tur. non quodlibet obm̄ perceptum a sensu tactus exn̄s organo tactus: remissius calidum a sensu iudicari frigidū. Ex quo seq̄tur tactū tēꝑati de equali ad pondus sibi conueniēter approximato non iudicare tale calidū aut frigidū. sed mediū. Ubi tm̄ si ꝑcipetur a tactu per mālē ipressionē factā in orgāo concedendū foret remisse calidū iudicari frigidum. Et cā est q꜡ remisse calidū non māliter iprimit in itense calidum nisi per frigiditatē. ¶ Et si arguitur contra. q꜡ obiectum materialiter iprimens nō percipitur a tactu. ¶ Dicitur hoc negādo sicut pꝫ de dolor cāto a mala ꝯplexiōe exn̄te i neruo. ¶ Quīta ꝯclusio ē hec. lꝫ ita sit vt p̄cedētes ponūt cōclusiones: hūana tm̄ ꝯplexio scđm silitudinē ⁊ ꝓportionē ꝗꝫdā ē ceteris mixtoꝝ ꝯplōnibꝰ ꝓpingor eq̄li ad pōdꝰ. ꝓ-

batur.qꝛ sicut in equali ad pondus refracte sunt elemento
rũ qualitates:ita vt nullius illaꝝ vͦtus dñetur alteri vel ex
cedatur ab ea.ita in complx̃oñe humana refracte sunt men
sure qualitatum imꝑficientium oꝑationes ꝛ reducte sũt ad
mediũ pro oꝑationibꝰ ꝓportionatissimũ:ita vt i illa nõ do
minetur vͦtus alicuius qualitatis disproportionate ad oꝑa
tiones ꝑficiendas.Similiter sicut qualitercũqꝫ recedat ali
quod ab equali ad pondus cadit sub excellentia alicuius
qualitatis:ita qualitercunqꝫ recedat aliquid ꝛc̃. cadit sub
ↄplexione disproportionata. ¶ Sexta ↄclo.ꝙ ꝑ ꝓportio
nalitatẽ ꝛ silitudinẽ quandã qualitas scd̃i modi inter cete
ras ↄplexiões humanas ẽ equali ad põdus ꝓpinquioꝛ.pꝫ.
vt ꝑcedẽs.Sicut eni in eq̃litate põderali sũt oium qualita
tuꝫ excellẽtie refracte:ita in equali ad iusticiã refracte sunt
oẽs mẽsure qualitatũ nimiũ excellẽtes vel defectuose pro
oꝑationibꝰ.ꝛ ad mensurã deducte sunt oꝑationibus ꝓpoꝛ
tionatissimam.ita vt in ea nullius qualitatis excellentia vel
excessus inueniaẗ respectu oꝑationis ꝓducende ꝛ illas du
as ↄclusiones dicere possumꝰ eẽ de mẽte auic.in littera dũ
dicit hanc equalitatẽ fore vicinã ꝛc̃.ex hoc patet responsio
ad questionem vt patet intuenti ꝛc̃.

Ad argumenta principalia. ¶ Ad primũ di
citur ꝙ illud argumentũ cũ
suis ↄfirmationibꝰ ꝓbat ↄplexionẽ humanam non fore ad
equale ad põdus rõne mensure gradualis qualitatũ in qui
bus consistit humana ↄplx̃o maioris ꝓpinq̃tatis .et hoc cõ
cessum ẽ.Si eni oẽs mixtoꝝ ↄplx̃ones in latitudine situenẗ
scd̃m intensionẽ vel remissionẽ graduũ suarum qualitatum
repieneẗ iter humanã ↄplx̃oñe ꝛ equale ad pondus ꝑles co
rum cõplx̃ones mediate.cũ quo tñ stat ꝙ scd̃m ꝓportiona
litatem ꝛ silitudinem iã dictam magis alijs eq̃li ad pondus
appropiquat.Cõsilr ꝑ oĩa dr̃.de equalitate scd̃i modi in cõ
paratione ad alias ↄplexiones hũanas. ¶ Ad scd̃m ꝑnci
pale cum arguiẗ.plus repugnat ꝛc̃.dr̃ illud concedendo ra
tione gradus ꝑfectionis.plus eniꝫ remoueẗ humane ↄplx̃o
nis ꝑfectio ab equali ad põdus q̃ꝫ alicꝰ alterius mixti com
plexio.iõ plus repugnat equale ad põdus fore ↄplexionem
hoi ↄuenientẽ q̃ꝫ alicui alteri mixto:ꝛ hoc intellexit auic.
i littera.Silr dicit de equali iustitiali in ↄparatione ad alias
ↄplexiones hoium. ¶ Ad scd̃m di negando illã similitudi
nẽ. Cãm ãt negationis hꝰ tangã ifra.qꝛ tñ argumenta ad
ducta videẗ ꝓbare eq̃li ad põdus rõne gradualis mensure
suaꝝ qualitatũ complexionẽ humanã eẽ ꝓpinquã.iõ ad ar
gumẽta illa rñdetur.Ad auctoritates aui.satis pꝫ respõsio
per dcã in qõne. ¶ Ad scd̃m rñdetur ↄcedendo tactuꝫ in
hoie fore ꝑfectissimũ.ꝛ negatur ↄña cũ ↄcluditur.igr̃ orga
num eius ẽ magis denudatũ ab excellẽtijs tangibiliũ. Cõ
ceditur tñ organũ tactus fore maxime denudatum a mẽsu
ris qualitatuꝫ sensui tactus disproportionatarum. qꝛ in co
.s.ẽ mensura qualitatum optime deseruiẽs aie in oꝑatione
tactiua.vnde imaginãda ẽ vna magna latitudo qualitatuꝫ
q̃bꝰ mediantibus in organo tactꝰ exñtibus aia potest exer
cere sensatiõem tactiuã.ꝛ ꝙ totalis ista latitudo per gradꝰ
caliditatis ꝛ humiditatis intẽsiue equale ad pondus exce
dat:ꝛ ꝙ in tota illa latitudine repitur mẽsura ꝓportionatis
sima ad oꝑationem tactiuã:ꝛ illa corrñdet organo tactꝰ ho
minis.alie vero viuẽtibus vita sensitiua.organũ igr̃ tactꝰ
hois est denudatũ ab illis excellẽtijs sicut pꝫ. Posset etiaꝫ
dici organum tactꝰ eẽ denudatũ ꝛc̃.i.non actualr̃ informa
tũ q̃litate oio sili q̃litati obiecti tangibilis.tunc.n.nõ posset
ꝑcipere obiectũ. ¶ Ad ↄfirmatiõem cũ ar̃ ꝙ tunc tactꝰ eẽt
ꝑfectioꝛ in milico ꝛc̃.di negãdo ↄñam.Et cũ premittiẗ vlte
rius ꝙ remisse calidum obiectũ organo tactus ꝑñtatuꝫ ab
eo iudicaẗ frigidũ.di hoc negãdo:imo ꝑcipitur tale quale
est. ¶ Et si ar̃ ↄtra ex eo qd̃ ponit Hali.prio de experimẽtꝭ
de vrina actu calida ꝓiecta suꝑ dorsum hois febrientis aut
in stufa exñtis. ¶ Huic di ↄcedendo expimentuꝫ illud: qꝛ
.s.stãte mãli ipssione tãgibilis i organũ tactꝰ remisse calidũ
iudicaẗ frigidũ eo ꝙ in organum tactꝰ non iprimit nisi ꝑ fri
giditatẽ in eo exñtem.vbi tñ iprimeret spũaliter non iudica
retur tale ꝫ calidũ sic ẽ. ¶ Et si ar̃ ↄtra.qꝛ sꝑ tale obiectum
mãliter impmit.Itẽ qꝛ illa rõe data iaꝫ calidũ obiectũ oio
in caliditate simile organo tactus iudicabiẗ calidũ qd̃ vide
tur ↄtra pħm scd̃o de aia dicentem ꝙ eque calida non sen
timus. ¶ Diciẗ ad primum ꝙ non semꝑ mãlis impressio ꝑ

uenit ad sensum vel ad organũ tactꝰ. ¶ Ad scd̃m dr̃ cõce
dendo añs nec minus ẽ hoc posẽ q̃ꝫ ꝙ oculis videat oculũ
oio sibi silem ꝛ hoc per spũalem ipressionem. vel dr̃ negan
do ↄñam.qꝛ quãuis obiectum scd̃m qualitates tangibiles
sit ↄsilr dispositum sicut organũ ꝛ spũaliter iprimat.organũ
tñ non ẽ perceptiuũ silis qualitatꝭ qualitatibus sui organi:
qd̃ ordinatũ ẽ a nã ne in nobis sit continua sensatio qualita
tum i orgão existẽtiũ. ħ rñsio ẽ multũ ꝓbabilis. Qõ IX.

q Ueritur nono.vtrum complexio hois dise
cundo mõ equalitatis sit per eq̃di
stantiaꝫ media inter extrema totius latitudinis pri
mi modi siue latitudinis humane complexionis. Arguitur
mulpliciter ꝙ sic. ¶ Primo. quanto aliqua complexio
est ad aliquod extremorum magis declinans tanto ipsa
est magis lapsa ꝛ econtra.igitur complexio nullo mõ lapsa
non est declinans ad aliqd̃ extremorũ. ꝫ hmõi est comple
xio hois de scd̃o mõ equalitatis.igitur ꝛc̃.ↄña est nota ꝛ as
sumptum videtur notuꝫ. ¶ Scd̃o ad principale ar̃ sic. Da
to opposito questionis sequeretur aliquã complexionẽ di
stemꝑatam eẽ per equidistãtiã mediam ꝛc̃. ↄñs est falsum.
eo ꝙ cuꝫ extrema totiꝰ latitudinis sint pessima.q̃ꝫto aliq̃ cõ
plexio ẽ minus illis participans tãto ẽ melioꝛ ꝛ perfectioꝛ.
hmõi autem est complexio equaliter ab illis distans. ꝫ ꝛc̃.
ↄña ꝑncipalis arguitur.qꝛ iter quecũqꝫ extrema per latitu
dinem diuisibilem abinuicẽ distãtia est aliquod mediũ ab
eis equaliẗ distans. ¶ Tertio pricipaliter arguiẗ sic.Sit.a
minimꝰ gradus frigiditatis cuꝫ qdo non stat vita.ꝛ.b.alius
minimꝰ gradus caliditatis cuꝫ quo non stat vita:ꝛ arguiẗ
sic.a.ꝛ.b.equaliter ledũt oꝑationes.qꝛ.s.tã.a.q̃ꝫ.b.auferũt
oꝑationes respectu temperati.igr̃ lapsus ad.a.ꝛ ad.b.sunt
ꝑcise equalr̃ mali.ꝫ oẽs lapsus equaliter mali equaliter di
stãt a tẽꝑamento siue optima sanitate.vt dꝫ videri primo
tegni.igr̃ ꝛc̃.et ꝑ ↄñs iter extrema.a.ꝛ.b.ẽ eq̃litas scd̃i mõi
siue tẽꝑamentum iustitiale equidistãter medium.tota ↄña
ẽ nõ cum añte. ¶ Consilr põt argui de extremis hũiditatꝭ
ꝛ siccitatis totius latitudinis ꝛc̃. ¶ Quarto ad ꝑncipale ar
guitur sic.nisi questio foret vera videreẗ ꝙ equalitas secũ
di mõi nõ eẽt per equidistãtiã media in tota latitudine tem
peramẽti.ↄñs ẽ falsuꝫ.vt alias ꝓbaui i alia questiõe.ꝛ ↄña
vr̃ tenere qꝛ sicut se hñt extrema tẽꝑamenti ad suuꝫ mediũ
sic extrema totius latitudinis humane ↄplexionis ad suum
mediũ. ¶ Quĩto ad idẽ arguiẗ auctoritate Aui.in lr̃a dicẽ
tis scd̃m modũ equalitatis mediũ existere inter duas extre
mitates late complexionis.

In oppositum arguitur. ¶ Extrema totiꝰ
latitudinis ꝛc̃.inequaliẗ sũt
repugnantia equalitati ad iustitiam.igr̃ ꝛc̃.ↄña deduciẗ in
fra.ꝛ assumptũ ꝓbatur.qꝛ facilius transit equalitas iustitia
lis ad complexionem calidam ꝛ humidam q̃ꝫ ad frigidaꝫ ce
teris paribus.igitur ꝛ cetera.

In ista questione erunt tres articli. In ꝑ
mo articulo poneñẗ di
stinctiões ꝛ suppõnes quedã. In scd̃o ponẽtur ↄclx̃ones d̃
quesito. In tertio rñdebitur ad argumẽta ꝑncipalia.

Quantum ad primum sit prima di
stictio. ꝙ du
pliciter dr̃ aliquod eẽ medium iter aliqua. ꝑmo ꝛ prope ꝑ
eq̃distantiam:secundo ꝛ cõiter per iclusionem. Exempla
satꝭ patent itelligenti. ¶ Scd̃a distictio ẽ. ꝙ duplr̃ dr̃ siue
dici põt vna ↄplexio alia eẽ a temperamento distantioꝛ. ꝑ
scd̃m gradualẽ mẽsurã suaꝝ qualitatuꝫ.scd̃o rõne gradus
sue ꝑfectõis. Exempla satꝭ patẽt.quã distictiõeꝫ alr̃ ponũt
auctores cõiter.s.ꝙ quedam est distantia latitudis nãruꝫ.
ꝛ q̃dã ẽ distãtia nãlitatꝭ ꝛ ꝑternãlitatꝭ. ¶ Tertia distictio.
ẽ.ꝙ eq̃litatẽ scd̃i mõi eẽ mediã ꝛc̃.põt itelligi vl̃ prio istoꝝ
modoꝝ vel scd̃o. ¶ Quarta distictio ẽ.ꝙ i latitudie huma
ne ↄplx̃onis duplicia imaginamur extrema.s.extrema latitu
dinis cum q̃bꝰ stat sanitas:ꝛ ista cũ q̃bꝰ stat vita.totũ pꝫ. d̃
vtraqꝫ ẽ ħ sermo. ¶ Pria suppõ ẽ ista.ꝙ caliditas est vite
ↄformioꝛ frĩtate ꝛ hũiditas q̃ꝫ siccitas.hoc totũ hẽtur ab
aui.ifra. ¶ Ex ista seq̃tur scd̃a suppõ.ꝙ apsus de scd̃o mõ
equalitatꝭ ad frigidum ẽ vite deterioꝛ ꝛ sanitati q̃ꝫ ad cali
dum ꝛ ad siccũ ꝛ ad hũidum. ¶ Tertia suppõ est. ꝙ cete
ris ꝑibus ꝑ lapsus deteriores citius deducitur corpus ad
egritudinẽ imo adhuc ad mortẽ q̃ꝫ ꝑ lapsũ minꝰ malum.

Quantum ad secundum sit hec prima cóclusio. ꝙ scđm gradum perfectionis complexio hominis temperatissimi non ē ꝑ equidistantiam: media patz. quia vt sic tz extremū locum vt al's declaratuz ē. ¶ Scđa ꝯcl'o ē hec. si duo corpora de scđo mō equalitatis oīo equaliter labant vnū ad calidū reliquū ad frigidum ꝯtinuatꝫ his lapsibus vsqꝫ ad mortem citius perueniet ad mortez corp⁹ qđ labit per frigidum. probatur. quia labitur continue deteriori lapsu. igitur ꝛc. pz ꝯña per scđam suppōnez. scđo per talez lapsum ad frigidū continue maior latitudo perfectionis operationū deperdit. igr ꝛc. pz ꝯña ꝛ assumptū silr. ¶ Tertio gradus preternaturalitatis cū quo non stat vita equal'r distat ab his ꝛ maiorē latitudinē ꝑternālitatis ꝯtinue acgrit corpus qđ labit ad frigidū ꝙꝫ qđ labit ad calidū. igitur ꝛc. ¶ Tertia ꝯcl'o. seqtur ꝙ duob⁹ corpib⁹ de scđo mō equalitatis oīo equal'r labētib⁹ vno ad calidū ꝛ reliquo ad frigidū citius fieret egrūz corp⁹ qđ labitur ad frigidum ꝙꝫ qđ labitur ad calidum. pz sil'r per tertiā suppōnem ꝛ per argumēta ꝓbantia ꝯcl'onē precedētē. ¶ Correlariū primū. pl⁹ distat a temperamento remissisimus calor cum quo non stat vita ꝙꝫ remissisima frigiditas cum qua nō stat vita ab eodez. vt pz intelligenti. ¶ Correlariū scđm. maior ē latitudo caliditatis cum qua stare pōt vita vltra tempamentū ꝙꝫ sit latitudo frigiditatis vltra tempamentuz cum qua stare pōt vita. pz ex precedēti. ¶ Correlariū tertiū. pl⁹ distat a tēpamento maxim⁹ gradus caliditatis cū quo stare pōt vita et sanitas ꝙꝫ maximus gradus frigiditatis cū quo ꝛc. ¶ Correlariū quartū. latitudo calitatis cuz qua stare pōt sanitas ē maior ꝙꝫ latitudo frigiditatis cum qua stare pōt ꝛc. sil'es conclusiones ꝛ correlaria inferantur de humiditate respcū siccitatis. ¶ Quarta ꝯcl'o. seqtur ꝙ complexio đ scđo mō equalitatꝫ non ē scđm mensurā gradualē ꝛc. media per equidistantiaz inter extrema totius latitudinis ꝛc. vt pz ex dictꝫ. ¶ Quita ꝯcl'o ē. ꝙ ipsa ē media per interclusionem ꝛc. ¶ Sexta ꝯcl'o. ꝑ intellectu aui. ē. ꝙ scđs modus equalitatꝫ ē medians inter extremas excellentias oīum qualitatuz ad opationes disproportionataꝝ. pz. qr in eo est equalitas et mensura q̄litatū optia ꝑ opationib⁹. excludit. n. oēs excellētias disproportiōatas ad operatōes. ¶ Correlariū ꝑmū ꝙ aliquā cóplexio distempata vel lapsa respectu equalitatis scđi modi est per equidistantiā media inter extrema totius latitudinis humane ꝯplexionis. pz. qr aliqua est taliter media ꝛ non equalitas secundi modi. igitur ꝛc. ¶ Correlariuz scđm latitudo colericitatis ꝛ sanguineitatis est maior ꝙꝫ latitudo flegmaticitatis vel melancolicitatis. ¶ Correlariū tertium. latitudo sanguineitatis ē maior ꝙꝫ latitudo colericitatis. ¶ Correlariū quartum. sanguineus in extremo intensiori sue latitudinis est calior colico in extremo intensiori sue latitudinis. Et infinita alia ex his possunt concludi.

Ad argumenta principalia. ¶ Ad primum negatur assumptum vt patet ex suppositione. ¶ Ad secundū conceditur consequentia ꝛ consequens. sed negatur illa alia ꝯña. extrema ꝛc. sūt pessima. ergo quanto aliqua complexio est ista minus participans tanto est perfectior. ¶ Ad tertiuz dicitur concedendo ꝙ lapsus ad. a. ꝛ lapsus ad. b. sunt equaliter mali. et vlterius dicitur ꝙ omnes lapsus equaliter mali scđm latitudinez perfectionis equaliter distant a temperamento nō tū necessario secunduz distantiaz gradualez qualitatum in quibus lapsus illi consistunt. ¶ Ad quartum dicitur concedendo conclusionez scilz ꝙ equalitas secundi modi non est per equidistantiaz media ꝛc. ¶ Ex quo sequit ꝙ soret platone existentibus omnino equaliter tēperatis ꝛ vtroqꝫ eorum equaliter labente. vno tamen ad calidum ꝛ reliquo ad frigidum. puta platone ad frigidum deueniet citius plato ad distēperamētuz ꝙꝫ sor. ¶ Ex quo sequitur vlterius ista conclusio. ꝙ sor. ꝛ plato. sūt equaliter tēperati omnino et velocius labitur a temperamēto pla. ꝙꝫ sor. ꝛ tamen pla. fiet tardius distemperatus. posito ꝙ sor. labatur ad frigidū ꝛ plato ad calidum: et pla. velocius: sed non tanta proportione: in quanto latitudo temperamēti est maior versus calidum extremuz ꝙꝫ versus extremū frigidum. ꝛ sequitur conclusio. vt patet intuenti. ¶ Ad quituz. s. ad auctoritatē auicen. qualiter ipsa sit intelligenda. patz ex dictis in questiōe

Questio. x

Queritur decimo vtrū si complexio indi ꝑmutetur ad complexionem sclaui vel econtra ad huiusmodi permutationē necessario mors vel infirmitas consequatur. ¶ Arguitur multipliciter ꝙ non. primo non minus adinuicez repugnant cōplexiones naturales contrarie ꝙꝫ cōplexiones contrariarum regionum inter se: sed cōplexionū contrariarū inter se adinuicez est possibilis transmutatio absqꝫ hoc ꝙ ad illaz permutationem necessario sequatur mors vel egritudo. ergo ꝛc. patz consequētia ꝛ maior. ꝛ minor pz. sil'r đ corpore colericissimo qđ in etate peraugmastica permutatur ad corpus veremēlicuz. ¶ Secundo principaliter sic arguitur. Ex permutatiōe climatis sclaui ad clima indi vel econtra ducitur sclauus ad tēperamentuz. ergo ꝛc. patz ꝯña quia ꝑ trāsitū ad temperamentuz non inducitur mors vel egritudo. ꝛ assumptū pz. quia complexio sclaui ꝛ indi. s. climatis sunt contrarie vt pono: ꝛ equipotentes. sed hmōi cōtrarijs concurrentibus generatur temperamētū inter illa. igitur ꝛc. pz consequentia cuz antecedente. Et confirmatur. quia quibuslz formis substantialibns eiusdez speciei siue eiusdē nature vl' sil'is conueniens est sil'e instrumētū. sed forme substantiales indorū ꝛ sclauorū sunt eiusdē speciei. vt pz. igitur ꝛc. ꝛ per consequens tēperamētū vni illoruz conueniens est conueniens alteri. tota consequentia est nota ꝛ minor. sed arguit maior. quia quibuscunqꝫ formis eiusdē speciei sunt conuenientes sil'es operationes. vt pz. sed non est possibile formas aliquas substantiales producere sil'es operationes nisi mediantibus sil'ibus instrumētis. igitur ꝛc. ꝛ per conseq̄ns instrumentum quo operatur forma indi est simile instrumēto quo operatur forma sclaui ꝛ suas producit operatiōes: qđ quidez instrumentum maxime est complexio. igitur ꝛc. ¶ Tertio pricipaliter arguitur. aliquis indus est flegmaticus. sed indi flegmatici ad sclauum colericum magna videtur conuenientia vel modica disconuenientia. igitur ꝛc. pz consequentia. quia inter quoscunqꝫ est disconuenientia modica facilis est transitus ꝛ permutatio. cum in habentibus simbolum facilis sit transitus. ꝛ patet assumptum consideranti.

In oppositum est aui. in littera.

In ista questione primo premittētur quedā notabilia. secūdo ponentur conclusiones de quesito.

Quantum ad primum Scienduz ē ꝙ varietas cōplexionis in corporibus humanis inuenta secunduz varietates climatū contracta est a principijs generatiōis. Sicut. n. in littera tangebatur alterius cōplexionis est sperma ꝛ sanguis ex quo generatur idus ꝙꝫ sit sperma ꝛ sāguis ex quo generatur sclauus: tuz qr ea ex quibus sunt generationis principia sunt alterius dispositionis. tū qr calor epatis ꝛ cordis ꝛ testiculoꝝ ꝛ totius est alteri⁹ mensure in indo ꝛ sclauo: tū etiā qr aer aliter alterat sperma ꝛ sāguinē in vno ꝛ aliter in alio. vt notū est. ¶ Ex quo sequitur hāc complexionū diuersitatē fore indo ꝛ sclauo naturalem ꝛ proportionalē. ꝛ ita proportionaliter intelligendū est de alijs. ¶ Secundo est sciendū vt etiā in littera tangebatur ꝙ ad hoc vt alicui corpori aliqua cōplexio sit sanitas non sufficit ipsam esse talis vel talis gradus vel tante intensionis: sed cū hoc requiritur ipam in corpore humano debitā habere dependentiā a spiritibus ꝛ humoribus tā secundum eorū quantitatem ꝙꝫ secundū eorum qualitatē. Et similiter dicendum est de naturali humido membroruz in quibus est ista complexio. non est. n. complexio corpori sanitas nisi pro quanto ipa mediante anima potest exercere ꝛ perficere omnes operationes: sed non potest nisi huiusmodi complexio taliter coniuncta fuerit debite quantitati spirituum ꝛ humorum. igitur ꝛ cetera. patet consequentia ꝛ assumptum intelligenti. Ex quo sequitur in casu fore aliquam complexionez distemperatam que tamen non est temperata calidior frigidior humidior vel siccior. patet vt circa litteram dicebatur de complexione colericissimi corporis ad senectutē peruenietꝫ ꝑ ōcidētiā ꝑmutata ad ꝯplōnē mēlicā. hui⁹. n. ꝯplexio aliqñ erit tāti gradus precise sicut tempata complexio

que tamen pro tunc erit distempata complexio. igitur ꝛc. ¶ Scđo sequitur. nõ quãlʒ complexionem distempatã nãliter eẽ simplicẽ vel compositã rõne sue intensionis vel remissionis. pʒ similiter de complexione iaʒ dicta. ¶ Ex q̃ se gtur tertio istam conclusionẽ in casu foꝛe ꝯcedendã. ꝙ cõplexio alicuius coꝛpis ꝯplexiõi tempate ꝯtinue fiet gradualiter ꝓpinquioꝛ: ꝛ tñ ista ꝯplexio erit cõtinue distempatioꝛ. qꝛ hmõi mꝉici ꝯplexio vsquequo erit eqꝛalis gradus cum tẽpato ꝯtinue erit eidem saltẽ in calido vicinioꝛ. ꝛ tñ continue hmõi cõplexio erit distẽpatioꝛ vt satis pʒ. Ex quo sequtur vlterius diuisionẽ ꝯplexionũ distemperataꝝ i quatuoꝛ simplices ꝛ quatuoꝛ ꝯpositas nõ sufficiẽter quãlʒ ꝯpꝉonẽ distempatã ꝯprehẽdere: nisi foꝛte dicatur ꝙ hmõi ꝯpꝉo distempata in gradu tñ eq̃lis tẽperate sit reductiue sub aliq̃ illarũ distẽpataꝝ ꝯprehẽdẽda sub ista. s. cũ q̃ maioꝛẽ hʒ cõuenientiã in opationibꝰ. vel foꝛte posset dici auctoꝛes solũ tetigisse ꝯpꝉones vt plurimũ eueniẽtes nõ ãt possibiles euenire. ¶ Tertio sciendũ. ꝙ duplr ꝯplexionẽ indi possumus imaginari ꝑmutari ad ꝯplexionẽ sclaui vel ecõtra. Primo mõ paulatine. scđo subito siue repẽtine. ꝛ ꝑ mutatõeʒ repẽtinã nõ intelligo solũ repentinã localẽ mutationẽ. ʒ ẽt subitum aeri frigido occursum: postq̃ʒ stetit in aere calido ꝛ ita silr intelligitur ꝺ paulatina. Verbi grã. si indus duceretur ad sclauonie clima ꝛ ẽt vsqʒ ad tale clima vterer debito regimine iter agentis. ꝛ cum foꝛet in sclauonia in camera poneret calidissima ꝛ nõ expõeret se aeri. ꝺinde paulatie assuefieret aeri sclauonie: q̃ʒtũcunq̃ʒ iste in breui tpe egisset iter de india in sclauoniam. ista tñ non diceretur repentina: sed paulatina mutatio. Si tñ se subito aeri exposuisset cum ibi fuisset: hãc mutatiõem bñ appellaremꝰ repentinã. ¶ Quarto sciendũ ẽ ꝙ climatũ quedã sũt ꝑ gradus suarum qualitatũ multũ distãtia. quedã vero paꝝ. pʒ h. Qđ autẽ supra dictum ẽ de ꝯplexione sclauoꝝ ꝛ indoꝝ. ẽt de oibꝰ aliis ab inuicẽ scđʒ suas dispõnes multũ distãtibꝰ ẽ intelligendum

Quantum ad secundũ

Sit hec prima ꝯclꝰo. ꝙ subita permutatio ꝯplexionis vnius climatis ad ꝯplexionem alterius climatis ab ea gradualit̃ multũ distãtis ẽ cã infirmitatis vel moꝛtis. ꝓbatur sic. Ois subita mutatio dispositiõis coꝛpis nãlis ẽ cã infirmitatꝭ vel moꝛtis. igr̃ ꝛc. pʒ ꝯña eo: ꝙ ꝯpꝉo vniꝰ climatꝭ ẽ coꝛpibus illiꝰ climatis nãlis vt tactum ẽ in prima suppõne. ꝛ pʒ assumptũ intelligẽti. ¶ Ex qua cõclusione seq̃tur hmõi ꝑmutatiõem nũquã foꝛe subito fiẽdã. ¶ Scđa ꝯclꝰo ẽ hec. ꝙ ꝑmutatio ꝯpꝉonis vniꝰ climatis ad ꝯpꝉonẽ alteriꝰ climatis ab ea paꝝ distãtis gradualiter ꝛ si repẽte fuerit facta nõ necessario ẽ cã infirmitatis vꝉ moꝛtꝭ. pʒ. qꝛ poꝉe ẽ hmõi climata ita paꝝ foꝛe gradualiter secũdũ suas q̃litates distãtia ꝙ ex hmõi permutatione solum intra latitudinem sanitatis fiet ꝑmutatio ꝯpꝉonis vt pʒ intelligẽti. igr̃ ꝛc. pʒ ꝯña cũ añcedente. ¶ Tertia ꝯclusio est hec: ꝙ ꝑmutatio ꝯplexionis vniꝰ climatis ad cõplexionẽ alterius climatis ab ea extremaꝉr multũ distãtis paulatine facta nõ neceario ẽ cã egritudinis vꝉ moꝛtis. imo põt eẽ cã melioꝛis acq̃sitionis sanitatꝭ. pʒ. nã q̃ʒ possibile ẽ vnã nãlẽ ꝯplexionẽ ad aliã ꝑmutari ab ea multũ distãteʒ paulatine sine hoc ꝙ coꝛpꝰ fiat infirmũ: tã possibile vr̃ de regiõe. ¶ Iteʒ non maioꝛ ẽ ꝑmutatio facta a ꝯplexiõe indi ad ꝯplexionem sclaui q̃ʒ sit mutatio fcã a pueritia in senectutem. ʒ scđʒ tolerat virtus absq̃ʒ infirmitate ꝛ moꝛte saltem vsqʒ ad primã senectutem. igr̃ ꝛc. pʒ ꝯña ꝛ assumptũ intelligẽti. ¶ Et ad intellectum hꝰ ꝯclꝰonis nõ dicit auicẽ. Indi nãq̃ʒ coꝛpꝰ cũ fiat quale scđʒ ꝯpꝉonem sclaui aut infirmabit̃ aut moꝛietur. sed dixit ad intellectum prime ꝯclꝰonis.

Ad argumenta

principalia. ¶ Ad primum pʒ ex dictis in q̃one qd sit dicendũ. ¶ Ad scđʒ di negãdo ꝯñaʒ. lʒ enim talibus ꝯ̃riis occurrẽtibus resultet ꝯplexio media scđm gradũ ꝛ equalis temperate ꝯplexioni i gradu vt satis ẽ possibile. nõ tamẽ illa erit huic coꝛpi tẽpata vel sanitas: imo eideʒ erit egritudo ¶ Ad cõfirmatiõem dr̃ ꝙ sicut foꝛma substantialis indi et sclaui sũt vere siꝉes ꝛ eiusdẽ speĩ: ita eis ꝯpetunt instrumenta scđm spẽm silia: que tñ sũt abinuicẽ scđʒ magis ꝛ minus: ꝑfectius ꝛ impfectiꝰ accñtaliter dr̃ia: sicut ꝛ opationes eorum: lʒ sint sibi inuicẽ cõsiderẽtes siꝉes in spẽ. Sunt tñ secũdum magis ꝛ minꝰ in perfectione accñtali differentes. vñ

lʒ tã indus q̃ʒ sclauꝰ intelligat sentiat ꝛ nutriat. differenter tñ ꝛ impfectius vnꝰ altero. vt pʒ intuẽti. ¶ Ad tertiũ principale dr̃ ꝙ magna ẽ dr̃ia cuiuslibet indi: quecunq̃ʒ fuerit eiꝰ nãlis ꝯpꝉo: ad quẽcũq̃ʒ sclauũ cuiuscũq̃ʒ fuerit ꝯpꝉonis ꝛ sic ñ ꝓcedit argumẽtũ. ꝛ sic ẽ finis q̃onis. Qđ XI

Queritur

vndecimo. vtrũ sit poꝉe reperire plura indiuidua oĩo consilis complexiõis. arguitur multiplr ꝙ sic. ¶ Primo. poꝉe ẽ plura eẽ coꝛpa ꝺ scđo mõ equalitatis. ʒ ꝛc. pʒ ꝯña. quia necessario si sũt duo coꝛpa ꝺ scđo mõ equalitatꝭ sunt oĩo siꝉis ꝯpꝉonis ex eo ꝙ hñt cõplexionẽ ꝑfectissimã que põt eẽ in spẽ humana ꝛ assumptũ ẽ satis notuʒ. ¶ Scđo poꝉe ẽ duo coꝛpa eẽ per calidum ꝛ humidũ a tẽpamẽto precise equaliter recedẽtia ꝛ hoc nãliter. igr̃ ꝛc. pʒ ꝯña. qꝛ quoꝛũcũq̃ʒ duoꝛũ ad aliquod tertiũ ẽ eadẽ hitudo illa iter se sũt similia. ꝛ pʒ assũptũ. qꝛ põt eẽ soꝛ. calidioꝛ ꝛ hũidioꝛ platõe ẽcedẽte a tẽpamẽto ꝑ calidũ ꝛ hũidũ. ꝛ siꝉr põt eẽ minꝰ calidus ꝛ humidus eodẽ. igr̃ ꝛc. pʒ ꝯña. qꝛ in quacũq̃ʒ latitudine diuisibili ẽ repire intẽsius ꝛ remissius: in eadẽ ẽ reperire equale: ꝛ assumptũ satis pʒ intelligẽti. ¶ Itẽ soꝛ. ꝛ platone parum lapsis a tẽpamẽto poꝉe ẽ tã soꝛ. q̃ʒ pla. reduci ad eundẽ gradum tempamẽti. igr̃ ꝛc. ꝯña nõ ẽ. ꝛ añs põt colligi de mẽte Hali. tertio tegni. ¶ Tertio ad pꝛĩcipale arguit̃. poꝉe ẽ cãs ꝓductiuas ꝯpꝉonis soꝛ. ꝛ ꝯpꝉonis pla. oĩo foꝛe siꝉes ꝛ ꝑ oĩa ꝯsiꝉr applicari ad eiꝰ gñatiõeʒ. sʒ hoc posito oĩo similes ꝓducerent̃ ꝯplexiões in soꝛ. ꝛ pla. igitur ꝛc. pʒ ꝯña. ꝛ añs nullam vr̃ includere repugnãtiam. minoꝛ ẽt pʒ. quia cãis oĩo cõsimilibus existẽtibus ꝯsimiles debet oĩo effectus produci. vt pʒ ex dictis philosophi nono methaphisice. ois eniʒ varietas in causatis prouenit ex varietate agentis. ¶ Quarto coꝛpus sanguineum in primo existens in etate iuuentutꝭ est calidius ꝛ humidius q̃ʒ coꝛpus temperatum in eadẽ etate ꝛ per decursum eiusdem per omnes suas etates fiet frigidius ꝛ siccius q̃ʒ iam est coꝛpus temperatũ. ergo erit quandoq̃ʒ precise equaliter calidũ ꝛ humidum sicut iam est coꝛpus temperatũ. sed pro tũc vr̃ esse perfecta similitudo complexionis huiusmodi ad ꝯplexionem temperati. quia nulla ꝓ tunc apparebit dissimilitudo esse. igitur ꝛc. ¶ Quinto ꝓ illo videtur auctoꝛitas auerrois. scđo colliget ꝺ duobꝰ gemellis. igitur ꝛc. ¶ Item pro illo videtur auctoꝛitas beati augustini i libro ꝺ ciuitate dei: quã allegat ꝯciliatoꝛ vbi augustinꝰ aucte Ypocratis dixit. duos fuisse gemellos similis complexionis in tãtum ꝙ quando vnus ridebat alter ridebat. ꝛ quando vnus letabat̃ alter letabatur. quãdo vnꝰ tristabatur alter similiter: ꝛ ita in aliis accidẽtibus anime.

In oppositum

est auicẽ. in littera cum dic̃. Debes autem scire ꝙ omne indiuiduum debet habẽre complexionem sibi ꝓpꝛiam solũmodo in qua aliud ei associari ẽ impossibile.

Respondendo

ad istam questionem. pꝛio premittẽtur preambula q̃dam. scđo respondebitur ad quesitum principale.

Quantum ad primum

Sciendum ẽ primo ꝙ per indiuiduum in proposito intelligendum est mixtum cõplexionatum perfectum existens vnuʒ numero per se ꝛ non indifferenter q̃olibʒ contentum sub aliqua spẽ. vel foꝛte possumus hoc restringere ad mixtũ aĩatũ. ¶ Secũdo est sciẽdum in quolʒ tali mixto duplicem reperiri vel inueniri cõplexioneʒ: vna dicitur complexio insequens foꝛmam. alia vero insequens materiam. Et per complexionem insequẽtem foꝛmam in ꝓposito non debemus intelligere complexionem insequentem dispõem ꝑncipii actiui sicut spermatis viri et spiritus gignitiui sicut nec per cõplexionem insequentem materiam debemus intelligere complexionem dependentem a dispositione pꝛincipii passiui sicut sanguis mẽstrui. ꝯpꝉo. n. sanguinea in indiuiduo reperta. ita reperitur quandoq̃ʒ dependentiam habuisse a dispositione sanguinis menstrui sicut spermatis: cum plerunq̃ʒ in omnibꝰ similetur magis fetus matri q̃ʒ patri: cum tamen illa complexio sit insequens foꝛmam vt satis patet. ¶ Dico secundo ꝙ non propter hoc dicitur aliqua complexio insequẽs foꝛmã. qꝛ post foꝛmã in mãʒ ꝓducatur cũ ab instanti gñationis ꝯ̃bi possit ꝙ aliquis sit sanguineus flegmaticꝰ ꝛc. que tamen dicuntur complexiones foꝛmas insequentes.

¶ Dico tertio ꝙ ꝓp h̄ dr̄ aliqua ꝯplo insequens formã. qꝛ scd̄m forme exigẽtiã q̃ ad illi⁹ ꝓductionẽ i mã ⁊ quo ad ei⁹ opari vl̄ opationem ꝓducit. ita ꝙ sine hac complexione nõ ꝓduceret hec forma in mã nec sine ista posset suas opationes debite ꝑficere. ⁊ hec est complexio resultans ex actiõe ⁊ passione qualitatum ꝯriaꝝ elementorum inter se. vt temꝑata sanguinea. ⁊ sic de alijs. ⁊ hmõi ꝯplexio oibus indiuiduis eiusdẽ spẽi ẽ silis scd̄m spẽm. notũ ẽ enim ꝙ in quolꝫ indiuiduo de humana specie ẽ humana ꝯplo. lꝫ sit in eis scd̄ꝫ magis ꝑfectũ ⁊ min⁹. nec ẽ poẽ alic⁹ indiuidui formam ab hmõi ꝯplexione absolui. notum ẽ eni ꝙ non põt eẽ hõ sine ꝯplexione qua ꝯseruatur ⁊ ꝑmanet hũana forma resultãte ex ꝓportione certa qualitatum primarum. ¶ Ecõtra võ ꝑ ꝯplexionem insequentẽ mã intelligere debemus ꝯplonem i indiuiduo nãliter repertam non necessario requisitaꝫ ad esse forme indiuidui illius in mã nec resultantem ex qualitatibus manifestis nec reducibilibus ad eas nec necessario ad optiones spẽi c⁹ est illud indiuiduũ requisitũ inclinãteꝫ formã ei⁹ ad ꝺterminato mõ agere vel pati aliquas opationes. ¶ Exẽpli grã. reperitur stomacus san⁹ abhorrens allium sicut stomac⁹ meus. dico ꝙ i h̄ stomaco ẽ cõplexio insequẽs formã per quã ꝯseruatur ⁊ per quã ꝯueniẽtẽ chilũ gñat ⁊ ꝯueniẽter nutrit. ⁊ pꝫ hmõi ꝯplonẽ esse ꝓductam in stomaco meo scd̄ꝫ exigentiã stõi ⁊ forme eius tã quo ad cõseruatiõem eius in mã q̃ꝫ quo ad opari ei⁹. Silr̄ in stõ sic signato ẽ dispõ ꝑ quã abhorret alliuꝫ vt venenum: ⁊ hec dispositio non ẽ in mã scd̄m exigentiaꝫ aĩe stõi mei qꝛ q̃ꝫtuncunq̃ꝫ in stomaco meo non foret ista dispõ per quã abhorret allium: non minus posset forma conuenienter in stomaco ꝯseruari. ꝺbite digerere ⁊ nutrire ⁊ sic de alijs. Ista igit talis dispositio dicit insequens mãm ad intellectum iam dictum. ¶ Ex q̄bus oibus colligi p̄nt plures differentie inter complexionem insequentẽ formã ⁊ ꝯplexionem insequẽtẽ mãm. ¶ Pria dr̄ia ẽ. qꝛ sine ꝯplone inseq̄nte formã non põt forma in materia conseruari. ꝫ sine cõplexione insequente materiã sic. ¶ Scd̄a dr̄ia est ꝙ complexio insequens formã. est scd̄m spẽm silis omnibus indiuiduis eiusdẽ spẽi. ꝯplexio võ insequẽs mãm n̄. ¶ Tertia dr̄ia est. ꝙ p̄ncipales suas opationes operatur forma per complexionem insequentẽ formã nõ ãt per complexionem insequentẽ mãm. et plures alie differẽtie p̄nt addi. vt pꝫ intuenti.

3º ¶ Tertio p̄ncipaliter sciendũ ẽ ꝙ preter qualitates manifestas concurrentes ad gñationem mixtorum concurrunt qualitates occulte nõ reducibiles in qualitates mãifestas sicut occulte celestes influentie vel occulte dispõnes mãe rõne quarum dereling p̄nt in mixtis gñatis adhuc eiusdeꝫ spẽi varie occulte dispõnes ad agendum vel recipiendum determinatas opatiões quas mediantib⁹ illis occultis dispositionibus p̄nt ꝓducere forme illoꝝ mixtoꝝ tanquã mediantibus instr̄is. verbi grã expresse expimur aliquos homines sanguineos qui rõne ꝯplonis resultantis ex qualitatibus manifestis deberent eẽ largi qui tñ naturaliter iclinãtur ad furãdum vel aliquid tale ꝯmittẽdũ: manifestũ ẽ ꝙ h̄ nõ põt reduci ad qualitates manifestas. ꝫ reducit ad celestem influentiã vel aspectũ qui cuꝫ qualitatibus mãifestis concurrebat ad gñationẽ mixti huius ⁊ preter complexionem resultantem ex manifestis qualitatib⁹ derelinquit occultam ꝓprietatẽ taliter illud inclinãtem quã dicere debemus eẽ qualitatẽ de scd̄a spẽ qualitatis que solet naturalis potentia vel ipotẽtia noiari. ¶ Item expimẽto videmus aliquem sanguineum iuueneꝫ abhorrere naturaliter venerea ⁊ totaliter ipsa fugere: qꝺ nõ põt reduci nisi ad talẽ proprietatem siue ꝯplexionẽ quã dicimus ꝯplonem seu dispositionem insequẽtem materiã que iõ dicitur insequẽs mãꝫ quia est principium ocultũ ⁊ non distincte cognituꝫ. vl̄ qꝛ non ꝓducta scd̄m principalem forme exigentiam. vel quia multotiens acquirit rõe occulte dispõnis exñtis i materia gñationis sicut in spermate vel sanguine menstruo. sicut ꝺ multis casatis vel familiis que a principio gñationis contrahunt dispositiones per quas tandẽ cadunt in tineã aut podagram aut aliquid hmõi cum tñ oẽs sint eiusdem com

4º plexionis insequentis formã vel similis. ¶ Quarto p̄mittendum ẽ ꝙ eẽ duo indiuidua oio consimilis complexionis potest dupliciter intelligi vel quo ad complexioneꝫ isequentem materiam ⁊ formam simul vel quo ad complexionem insequentem formam tantum. exempla satis patent.

Quantum ad secundũ Sit hec p̄ma conclusio possibile ẽ reperire plura indiuidua oio silis complonis insequentis formã. Hanc ꝯclusionem ꝓbant argumenta facta ante oppositũ. 1º

¶ Secunda ꝯclusio est hec. nullã repugantiã naturalem includit plura fore indiuidua ꝯplonis omnino eiusdẽ tam insequentis formaꝫ q̃ꝫ mãm. ꝓbatur primo quia qua ratione de pluribus indiuidus eiusdem speciei illud esset repugnãs. illa eadẽ rõne de oibus q̄runcunq̃ꝫ spẽrũ idiuiduis. Sed arguit ꝙ nõ. qꝛ nõ repugnat ignẽ simplicem vnũ fore alteri oio similẽ nec vnã aquã alteri. ⁊ sic de singulis ⁊c̄. ¶ Itẽ nõ repugnãt agẽtia ꝯcurrentia ad generationẽ fortis fore silia oio ⁊ matie ꝯsilr̄ applicata ⁊ matiã fore oio ꝯsimilit dispositã. igit ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ assumptũ itelligenti. ¶ Itẽ nõ video ꝙ ex illo sequat ꝯdictio nec aliq̄d ꝯ nãlia p̄ncipia. iõ ⁊c̄. 2º

¶ Tertia ꝯclo seq̄tur ꝙ poẽ ẽ duo vl̄ plura idiuidua eiusdem spẽi tam scd̄m ꝯplexionẽ insequentem formã q̃ꝫ scd̄m ꝯplexionẽ insequentẽ materiã fore oio ꝯsimilia. ꝓbatur. qꝛ qꝺ nullã icludit repugnantiã naturalẽ est nãliter poẽ. sed hoc est tale vt ex p̄cedentis ꝯclonis ꝓbatione est oñsum. igit ⁊c̄. 3º

¶ Quarta ꝯclo ponit pro itellectu Auic. ⁊ est ꝙ valde difficile ⁊ raro vel nunq̃ꝫ eueniẽs ẽ ꝙ duo idiuidua oio tam scd̄ꝫ ꝯplexionẽ insequentẽ formã q̃ꝫ scd̄ꝫ ꝯplexionẽ insequentẽ materiã sint silia. pꝫ. qꝛ dissimilitudo ꝯplexiõis isequẽtis materiaꝫ ꝓuenit ex varietate circũstantiaꝝ cũ q̄bus ꝯcurrunt p̄ncipia gñatiõis ad generationẽ sed raro vel nũq̃ꝫ eueniẽs est qꝺ hmõi gñatõis p̄ncipia cũ oio eisdẽ vel ꝯsimilibus circũstãtijs ꝯcurrant. igit ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ assumptũ pro p̄ma parte pꝫ. ⁊ ꝓ scd̄a silr̄. qꝛ dato ꝙ sanguis mẽstruus ⁊ sperma forent oio consilia adhuc forte celestis aspectus nõ eẽt silis aut tp̄s simile aut mod⁹ ꝯcursus cãrũ aut locus aut aliqꝺ hmõi q̃ oĩa h̄nt hmõi cõplexiones isequẽtes materiã variare. igr̄ ⁊c̄. tota ꝯña pꝫ cũ añte ⁊ ad sensum illius ꝯclonis videt dixisse Aui. cũ dixit. debes aũt scire ꝙ oẽ idiuiduũ hꝫ ꝯplexioneꝫ sibi solũmõ ꝓpriã in qua aliud ei associari est ipoẽ. 4º

¶ Sed ꝯ tertiã ꝯclonem arguitur. quia datis duobus indiuiduis talibus seq̄t vnum eẽ idem alteri. ꝓbatur. qꝛ que in oibus ꝯueniũt nullã vidẽtur hẽre dr̄iam. p̄ᵐ ar̄ᵐ

¶ Secundo. quia tunc cõcept⁹ idiuidualis vni⁹ illoꝝ eẽt cõcept⁹ alterius. ¶ Quecũq̃ꝫ eniꝫ duo sũt ꝑfecte silia q̄cq̄d est silitudo vni⁹ est silitudo alterius. ꝯñs tñ vr̄ impoẽ. qꝛ tunc ꝯceptus nãe singularis esset cõis plurib⁹. 2ᵐ

¶ Tertio seq̄t ꝙ nõ quodlꝫ indiuiduũ hẽret nãliter quintũ modum equalitatis. qꝛ sor. ⁊ pla. oio silibus sor. respectu pla. nõ hꝫ istũ modũ eq̄litatꝭ. dispõ. n. sor. non ẽ sic sorti eq̄litas ꝙ foret pla. inequalitas. et econtra. iõ ⁊c̄. 3ᵐ

¶ Ad p̄mũ illoꝝ dr̄ negãdo ꝯñam ⁊ dr̄ ꝙ illa oio ꝯueniũt ꝓut ꝯueniẽtia ẽ idẽ ꝙ silitudo. ⁊ distinguit ꝯ disconueniẽtiã q̃ idẽ est ꝙ dissilitudo ipsa tñ differũt nũero. vñ ꝓp̄e loquendo differre nõ distinguitur ꝯ ꝯuenire. sed ꝯtra eẽ idẽ ꝫ de hoc ꝑtiet ad methaphysicũ. Ad p̄ᵐ arᵐ

¶ Ad scd̄m dr̄ ꝙ ꝯcept⁹ q̃ ꝯcipit sor. cum oibus ꝯditionib⁹ intrinsecis p̄cise ꝓprie non ẽ indiuidualis qꝛ ꝑ illum p̄nt plures hoies concipi. Ad 2ᵐ

¶ Ad tertiũ dr̄ a q̄busdã ꝯcedẽdo ꝯñs ⁊ ꝯñam. lꝫ illud sit difficile reperire. ¶ Alit dr̄ ꝙ lꝫ sor. ⁊ pla. forẽt. oio ꝯsilis ꝯplonis. ꝯplo tñ sor. nõ est eq̄litas pla. nec eꝯ. Sicut enim ꝯplexio sor. sic preparauit mãm pro inductiõe forme sortꝭ. ꝙ nõ pla. ita ꝯplexio sor. ẽ per se taliter ꝯueniẽs sor. ꝓ suis opationibus ꝙ non forme pla. ⁊ ecõtra. sicut si ꝑ possibile mã gñationis sor. ⁊ materia generationis pla. ꝓ eodẽ istãti fuissent prepate ꝑ ꝯplexiones oio similes in mã gñatõis sor. fuisset producta forma sor. ⁊ non pla. ⁊ econtra: qꝺ nõ fuisset nisi qꝛ quãtuncunq̃ꝫ fuissẽt omnino dissimiles: talit tamen conueniebat hec complexio huic forme ꝙ non illi ⁊c̄. ¶ Et si queratur vnde prouenit hmõi diuersitas. dicit ꝙ non ex alio nisi quia sicut forma ista non est illa: ita conuenit sibi hoc ꝙ non illud ⁊ hoc inuestigari habet plene super libro de generatione ⁊ hoc forte intellexit auicen. dum dixit. debes ãt scire ⁊c̄. nec nisi sic intellexisset oporteret h̄ facere difficultatẽ illã de ꝯplexione inseq̄nte formam ⁊ de ꝯplone iseq̄nte mãꝫ. ¶ Ad q̄rtũ negat ꝯña sicut pꝫ intelligenti. ꝙ dictum est. Ad 3ᵐ

Ad argumenta p̄ncipalia pꝫ solutio ex his que dicta.

Questio XII

Queritur duodecimo vtrum in genere mẽbroꝝ nostri corporis cutis sit maxime membrum tempatum. Et arguitur multipliciť ꝙ non. qꝛ tempamentum maius vnius mẽbri arguit perfectionem maiorem. sed non ẽ cutis inter cetera membra nr̃i corporis pfecti⁹ mẽbrũ. igiť ⁊c̃. pꝫ ꝯñ̃a ⁊ maior cũ membra nr̃o corpis scd̃ꝫ suas perfectiões inter se nullã hẽant drĩaꝫ nisi rõne suoꝝ tẽperamẽtoꝝ. ⁊ mior satis pꝫ. cum cor ⁊ alia membra pñcipalia sint pfectiora cute. Silr̃. qꝛ sic se vr̃ habere mẽbrũ tẽpatius ad min⁹ tẽpatum sicut indiuiduũ tẽperati⁹ ad indiuiduũ min⁹ tempatum sed ẽ notũ ꝙ tẽpati⁹ indiuiduũ ẽ pfectius. igr̃ ⁊c̃. Silr̃ sicut hõ tempat⁹ ẽ regula ad graduandũ alios hoies in suis ꝯplr̃onibus ita cutis alia mẽbra nr̃i corpis. ¶ Scd̃o si q̃stio foret vã hoc maxime foret. qꝛ in ea eẽt tact⁹ melior. ꝫ ar̃ ꝙ non. quia cutis ẽ substãtialiter terrestris cũ sit ꝯposita ex ptibus neruosis ⁊ ꝯtexta sed neruus ẽ frigidus ⁊ siccus. igr̃ ⁊c̃. ¶ Tertio. multa sunt mẽbra nostri corpis in qb⁹ tact⁹ ẽ pfectior q̃ꝫ in cute. igitur ⁊c̃. pꝫ ꝯñ̃a ⁊ assumptũ pꝫ de ore stõi qd̃ ẽ maxime sensitiuũ ⁊ alij exẽplificant de capite virge. ꝫ illud exẽplũ ẽ turpe.

¶ Quarto. qꝛ non aliter vr̃ se habere cutis hois ad hoieꝫ q̃ꝫ cutis aliorum animalium ad ea. sed aliorum non ẽ cut⁹ mẽbrum maxime temperatum. ergo ⁊c̃. pꝫ ꝯñ̃a cum antecedẽte. ¶ Quinto. cutis ẽ maxime debile mẽbrũ igitur ⁊ maxie distempate cõplr̃onis. ꝯñ̃a tꝫ eo ꝙ fortitudo virtutis inseqtur tempamentũ. ⁊ assumptũ pꝫ cum cutis recipiat toti⁹ corporis superfluitates. membra ãt debilia recipiũt a fortioribus. ¶ Sexto. qꝛ cutis assumpta in cibo pb̃et nutrimentuꝫ mlr̃icum ⁊ viscosum ⁊c̃. igitur ⁊c̃.

In oppositum est aui. in lr̃a. quia ponit cutẽ eẽ maxie ꝓpinquã equali ad pondus. Ex hmõi aũt propinquitate arguiť complexionis temperamentum vt colligi potest in littera.

Primo oportet quedam preambula p̃mittere ⁊ quedam notabilia. secundo conclusiones de quesito.

Quantum ad primũ sciendũ ẽ vt tãgebatur circa lr̃am ꝙ cutis ẽ duplex. quedaꝫ exterior que diciť imen ⁊ ẽ soluꝫ corporis cooperimentũ. Quedam ãt est cutis intriseca ꝯtexta ex ptibus nerueis ⁊ ad quã terminãtur vene minute et artarie portantes sanguinẽ ⁊ spũm. vt dr̃ in lr̃a. ⁊ de hac est sermo in questione. ¶ Scd̃o ẽ sciẽdum ꝙ vt ꝓposito spectat duplr̃ dr̃ aliqd̃ mẽbrũ alio tempati⁹. primo tempamẽto debito ⁊ ꝓportionato ad opationes. qꝛ. s. melioꝝ ⁊ perfectioꝝ opationũ ꝓductm̃ sicut dicimus cor eẽ perfectius mẽbrũ q̃ꝫ os ⁊ hoc dicim⁹ ꝓprie tempamẽtũ iustitiale. scd̃o dr̃ aliquod mẽbꝝ nr̃i corpis alio tẽpatius qꝛ q̃tũ ad mẽsurã suaꝝ qualitatũ hꝫ ꝯplr̃onẽ inter extrema nr̃i corpis magis refractam vel mediã: qualiter dicerem⁹ carnẽ eẽ tempe ratiorem cerebro: non qꝛ sit ꝓductiua pfectionũ opationũ sed qꝛ magis refracta sit ꝯplr̃o sua ⁊ magis ad medium tendens inter ꝯplexiones mẽbroruꝫ ꝯrioꝝ nr̃i corpis q̃ꝫ ꝯplr̃o cerebri ⁊ huiusmodi tempam̃tũ est quedam similitudo vel figmentum temperamenti ad pondus.

Quantum ad secundũ articuluꝫ sit hec prima conclusio. cutis nõ ẽ inter cetera mẽbra nr̃i corpis tempatissimuꝫ mẽbrũ tempamento primo mõ dicto. pꝫ per plura argumẽta adducta añ oppositũ. ¶ Scd̃a conclusio. cutis est inter cetera mẽbra nr̃i corporis tẽpatissimũ mẽbrũ tempamẽto sũpto scd̃o modo. pꝫ. qꝛ inter oium mẽbroꝝ nostri corpis ꝯplexiones magis media ẽ ꝯplr̃o cutis. vt declaratum ẽ i littera. igiť ⁊c̃. pꝫ ꝯñ̃a ⁊ assumptũ silr̃. ¶ Ex ista ꝯclusione. sequiť ꝙ non quodlꝫ maius tẽpamentuꝫ in gñe mẽbroꝝ arguit maiorẽ pfectionem. pꝫ ex dictis. ¶ Tertia conclusio. ꝓbabiliter poniť a quibusdã ꝙ perfectioris sensus tactus ẽ cut⁹ q̃ꝫ aliqd̃ alioꝝ mẽbroꝝ. pꝫ qꝛ in ea vidẽtur excellẽtie q̃litatũ tangibiliũ magis refracte vl̃ saltẽ q̃litates que sunt ꝓportionate opatiõi tactiue. igr̃ ⁊c̃. ¶ Quarta ꝯclr̃o poniť ꝙ lꝫ ita sit stat tñ mẽbꝝ aliqd̃ eẽ acutioris sẽsus. qꝛ. s. cute intensius sentire. pꝫ de ore stõi oculo. capite v̓ge. id ⁊c̃.

Ad argumenta principalia. ¶ Ad primuꝫ satis pꝫ solutio ex dictis in questione. ¶ Ad confirmationem primã pꝫ similiter solr̃o.

¶ Ad scd̃am dicitur. ꝙ lꝫ graduentur cõplexiones membroꝝ in cõparatione ad cutim sicut aliorũ hoium in ꝯparatione ad tẽperatuꝫ: hoc tamen non arguit ipam esse perfectioreꝫ. sed scd̃m suas dispositiões mediã esse. ¶ Ad scd̃m pñcipale dicitur ꝙ lꝫ ratione sue cõplexionis inate sit cutis terrestris: non tñ est hmõi per ꝯplexioneꝫ innataꝫ ⁊ influẽtẽ silr̃. ¶ Ad tertiũ principale satis pꝫ in questione. ¶ Ad quartũ dicitur negando silr̃itudinem illã nisi forte intelligatur de cute exteriore hois. ¶ Ad quintũ dicitur negando assumptũ. s. cuti esse maxime debilẽ. vel concesso illo negãda est ꝯñ̃a. ⁊ hoc loquendo de tẽperam̃to scd̃o modo dcõ. ¶ Ad vltimũ dicitur concedendo cutiꝫ mortuã esse terrestrẽ. hic autẽ est sermo de viuente. vel saltem ꝙ non repugnat ꝙ idẽ mẽbruꝫ. vt cibus vno modo graduandũ ẽ iter cibos. qd̃ tñ vt operationum ꝓductiuũ est aliter in genere mẽbroꝝ graduandum.

Questio. XIII

Ad argumenta ṗncipalia. ¶ Ad primum pȝ: quoniā non valet ꝯña. ¶ Ad scd̄m dr̄ ꝯcedendo ꝯsequentiā. ⁊ ꝯsequēs. ⁊ dicitur vlteri⁹ ꝙ in lapsuȝ calidū immaterialeȝ facilius cadit senex quicunq̄ȝ q̄ȝ in frigidū: q̄ tñ ꝓpter defectū spūum multiplicant̄ indigestiōes: ideo stat ꝙ in frigidū materialē facili⁹ labat̄ senex. ¶ Ad ꝯfirmationē similiter pȝ rñsio. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ si per simplicē alterationē deberet ista reductio fieri argumētuȝ ꝓbaret veritatē: q̄ tñ hoc fit per cibos vel potus hoc nō opȝ. ¶ Ad quartū dicit̄ negādo ꝯñam: ꝫ ex illo antecedēte seq̄t̄ oppositū: vt alias declaratū est. ¶ Ad vltimū dicit̄ ꝙ ceteris paribus magis mortiferi sunt morbi frigidi: q̄ tñ corpora sunt facili⁹ alterabilia ad magnā mensurā caloris q̄ȝ frigiditatis: hic est ꝙ oppositū ꝯtingere pōt vbi nō est ꝑitas. ¶ Et si fiat instātia de pestilētia. Dicas ꝙ hoc non est per gradū: sed per aliā qualitatē siue ꝓprietatē q̄ non est calor aut frigus nec aliqua manifestaꝝ qualitatū. Et cōcedit̄ ex isto ꝙ taliter febriens hȝ duas egritudines: vnā manifestā: ⁊ aliam occultā. Et similiter ꝙ taliter egrotans hȝ duplicē alterationē. s. occultā ⁊ manifestā. Et est simile sicut de napello alterāte nos a manifesta qualitate: calefaciēdo in quarto: ⁊ ꝓprietate occulta: q̄. s. spūm resoluit ⁊ mortificat. Et notādū ē ꝙ ita caliditas i quarto: ⁊ ista occulta ꝓprietas nō sunt idē: cū ꝯtingat talia abiuicē absolui talr̄. s. ꝙ ꝓhibet̄ ei⁹ calefactio in quarto: nō tñ spūs mortificatio vt docet expimētū: ꝫ de hoc patebit ifra i vna q̄one.

¶ Questio. XVII.

q **Ueritur** xvij. Utruȝ in eodē corpore vel mēbro siml' cē possint due distēperātie ꝯrie. s. cal'a ⁊ frida hūida ⁊ sicca. Et arguit̄ ꝙ ꝙ sic. In moriēte ex febre ꝑ resol'onē est morbus calidus: q̄ fe. ⁊ frigid⁹: q̄ anhelitū frigidū hȝ. scd̄o si frenetico febriēti detur opiū stupesit. ⁊ per ꝯñs infrigidat̄. stupor. n. non fit nisi a frido. scd̄o canonū. quarto capl'o. ⁊ tñ hic ē febriēs, igit̄ ⁊c. tertio tyriaca noua stupefacit ⁊ inflāmat: ⁊ silr̄ filoniuȝ stupefacit ⁊ vētositates dissoluit. quarto in asclitico febriēte ē morbus frigidus epatis: ꝓpter q̄d ex chilo aquositateȝ generat: ⁊ tñ hȝ morbū caliduȝ: q̄ febrit. quinto ex morsu salamādre fit inflāmatio ⁊ stupor. sexta quarti. capl'o de morsu salamādre. ⁊ tarchon calefacit linguā ⁊ stupefacit. vt secundo canonū. capl'o de tarchon. sexto Aer humidus humectat nos: vt secunda fen huius ṗmi. doctrina secūda. sexto cap. Aer eniȝ humidus cutim ⁊ corpus hūectat. ⁊ tamē in omni dispositione nos exiccat ⁊ resoluit: vt infra. capitl'o de etatibus. ⁊ secūda fen. doctrina secūda. capl'o tertio. Arguit̄ vltimo argumētis Hen. in q̄nto canonū. ⁊ in questiōib⁹ de temporibus morbi. ṗmo quotiēscunq̄ȝ aliq̄d subiectū se hȝ per indifferētiā ad duas formas suscipiēdas a duob⁹ quascūq̄ȝ cōpossibiles formas pōt successiue recipe pōt simul easdeȝ recipere. secūdo possibile ē in aliquo simul esse caliditatē ⁊ frigiditatē humanū temperamentū excedētes. vide ab eo. Pro isto sunt auctoritates Halie. scd̄o de accidēti ibi. Et si in tempore diuisibili ⁊c. Et idem tertio de simplici medicina. tertia distinctiōe. capl'o tertio ⁊ quarto. Ad q̄d adducit plura exēpla. Primū de circulis in aqua mota se intersecātibus. secundum de homine tenēte pedes in aqua frigida ⁊ manus in calida. tertiū de febribus in quibus simul in toto sentitur calor ⁊ frigus. quartū de re amara ⁊ dulci vt melle ⁊ absinthio simul cōmixtis. quintū ē ratio sumpta ex medicina mixta ex solatro ⁊ camōilla. Aut. n. solum solatrū operatur repercutiēdo aut camōilla sola resoluēdo aut vtrūq̄ȝ simul. Si primū erit medicina pure repcussiua. Si secundū erit pure resolutiua. Si tertiū in eadē parte fiet repcussio ⁊ resolutio. ⁊ per cōsequēs calefactio ⁊ infrigidatio. ⁊ Auer. aliqualiter tertio colliget.

Ad oppositum est Auicē. in littera. ⁊ secūdo canon. capl'o secūdo ⁊ Aristo. secundo de generatiōe. Calidū. n. ⁊ frigiduȝ: rursus aūt humidum ⁊ siccū idem esse est impossibile.

Primo in questione ista ponentur quedaȝ preambula. secundo cōclusiones de quesito.

Prima distinctio ē ista. dupliciter contingit aliq̄d membrū infrigidari vel distēperari in frigido. s. intensiue ⁊ extēsiue ⁊ similiter calefieri. ⁊ coll'r hec distinctio quātum ad calefieri secūda huius. doctria secūda. capl'o decimoquito. q̄d est de eo q̄d comedit̄ ⁊ bibitur. vbi ponit cibū frigidū vt lactucā inquantū ē a materia operās corpus calefacere. ¶ Scd̄a distinctio. dupliciter pōt dici aliquis calor respectu corporis hūel mēbri intensiue distemperatus. Primo respectu mensure eidē corpori tempore sanitatis debite. secundo in cōparatiōe ad dispōneȝ in corpore actualiter existentē. Exemplū primi vt dum corpus sibi sanum acquirit caliditatē febrilem ṗmi gradus. Exempluȝ secundi vt homo febriens ꝓpe mortē ex resolutiōe habet calorē intensum respectu humidi. ¶ Tertia distinctio. dupliciter aliq̄d corpus vel membrū dicit̄ humectari. s. intēsiue ⁊ extēsiue ⁊ hoc dupliciter. s. substātifice ⁊ madefactiue. Exēpla patēt. ¶ Quarta distictio dupliciter dr̄ aliq̄d corpus exsiccari. s. intensiue vel qualitatiue ⁊ substantifice seu extensiue. totuȝ satis pȝ intuenti.

Prima ꝯclusio. possibile est idē corpus simul intēsiue infrigidari ⁊ extēsiue calefieri. ⁊ econtra. ṗma pars pȝ in ethicis dū curant̄. secūda in corpore dū fit ethicū: aut i asclitico incipiēte febrire. ¶ Correlariū primum. possibile est in eodē simul esse morbū frigidum extensiue ⁊ calidū intēsiue. ⁊ ecōtra. pȝ. ¶ Secundū correlariū. huiusmodi morbi siue distēperantie nō sunt ꝯtrarie. ¶ Secunda ꝯclusio. Possibile est eandē distemperantiā simul in eodē corpore vel membro esse respectu ꝓprij temperamenti frigidā que tamē respectu dispositionis mēbri vel corporis actualiter existētis est calida. pȝ de dispositōe corporis febriētis ad mortem per resolutionē tendentis. ¶ Correlarium primū huiusmodi distēperamēta nō sunt ꝯtraria: sed eadem. ¶ Correlariū secundū. Non ideo caliditas morientis ex febre per resolutionē est ṗter naturaȝ: q̄ gradualiter huiusmodi corpus naturale temperamentū excedat. sed q̄ humido membri disproportiōata existēs illud exterminat. ¶ Tertia ꝯclusio ꝓp intellectu Auicē. ⁊ ꝯtra Henti. Impossibile est in eodē corpore vel mēbro simul esse distemperantiā calidam ⁊ frigidā aut humidā ⁊ siccā per gradualem vtriusq̄ȝ illarū qualitatum vltra tēperamētuȝ excessuȝ. Persuadetur ṗmo: quia tunc sex essent distemperantie simplices ⁊ nouē vel septē composite. secūdo quia qua ratiōe preter naturā eadem ratiōe naturaliter. ⁊ sic daretur corp⁹ naturaliter calidū ⁊ frigidum respectu temperati: ⁊ similiter humidū ⁊ siccuȝ: ⁊ sic essent. 6. distēperantie simplices hic ab Aui. distincte ⁊. 9. composite. s. calida ⁊ humida: calida ⁊ sicca: frigida ⁊ hūida frigida ⁊ sicca: ⁊ preter has quatuor calida frigida ⁊ sicca. deide calida frigida humida. humida sicca calida. hūida sicca ⁊ frigida. ⁊ vltio cal'a frigida hūida ⁊ sicca. Vel alr̄. Itē. 26. essent distēperātie hic ab Aui. disticte. s. sex simplices ⁊ septē cōposite. s. calida ⁊ humida. calida ⁊ sicca. frigida ⁊ hūida. frigida ⁊ sicca. ⁊ preter has quattuor. calida frigida ⁊ hūida: ⁊ calida frigida ⁊ sicca: deinde calida frigida humida ⁊ sicca. ipsis igitur diuisis ꝑ materialem ⁊ immaterialē essent etiā. 30. vel. 26. q̄d est ꝯtra Aui. hic ⁊ Ga. ṗmo cōpl'onū. octauo capl'o. ⁊ in ṗmo libro

virtutum naturaliũ ⁊ in libro elementoꝝ. ¶ Itẽ aliqua mala cõplexio per cõtrarium debite approximatũ nõ posset remoueri ab equali i gradu. arguit̃ ꝯña ponẽdo cuz cõplexione. a. calida in secũdo cõpossibilẽ esse frigiditatẽ secũdi gradus supra temperamẽtum. ⁊ pꝫ ꝙ per frigidũ in secũdo debite approximatũ. a. non curabitur. a. eo qꝛ non inducit dispositionem incompossibilẽ. igitur ⁊c.

Ad argumenta ad primũ de moriẽte ex febre patꝫ. ¶ Ad scðm ⁊ ad alia patebit alias: ⁊ põt ex dictis solo patere. Caderet ẽt hic q̃stio an caliditas magis attineat equalitati ⁊c. quã alibi bene habeo. ¶ Questio. XVIII.

q **Queritur** xviij. vtrũ homo hẽat tẽperatiorem cõplexionẽ q̃ꝫ in hoc mũdo esse sit pole. i. vtꝝ humana ꝯplexio sit tẽperatissima cõplexio q̃ possit esse. Et arguit̃ ꝙ nõ. ꝑmo. ꝑfectiorẽ cõplexionẽ q̃ꝫ sit hoĩs complexio posset deus in aliquo aĩali alio ab hoĩe ꝓducere. igitur ⁊c. pꝫ ꝯña. ⁊ assumptũ arguit̃: qꝛ inter gradum ꝑfectiõis humane spẽi corrñdentẽ ⁊ perfectionem angeli infiniti mediant gradus perfectiõis: quoꝝ quilibet est iperfectioꝛ perfectiõe angeli: ⁊ intensioꝛ ꝑfectiõe humana. Ponat̃ igit̃ ꝙ deus creet aliqd viuẽs cui corrñdeat talis gradus ꝑfectõis medie. ⁊ sequit̃ illud viuẽs eẽ ꝑfecti⁹ hoĩe. ⁊ ꝑ ꝯñs complexionẽ illius viuẽtis esse perfectiorem cõplexiõe humana. ¶ Et ꝯfirmat̃: qꝛ si foret aliqd aĩal ꝑfectioris cõplexiõis hoĩe nõ includeret ꝯtradictiõem. ſꝫ quali tercũqꝫ fieri nõ includit ꝯ[tra]dictionẽ deus põt facere. igit̃ ⁊c. pꝫ ꝯña cũ antecedẽte. ¶ Scðo. multa sunt alia multas operatões meli⁹ ꝑficiẽtia q̃ꝫ homo ꝑficiat: vel sit apt⁹ illas ꝑficere vel similes. igit̃ ⁊c. pꝫ ꝯña: cum ꝑfectio operationuꝫ arguat ꝑfectionẽ cõplexionis. ⁊ pꝫ assumptũ de multis operationibus sensuũ exterioꝝ: vt est auditus in apro q est valde melioꝛ q̃ꝫ in hoĩe: ⁊ de visu licis. vñ in metro dr̃. Nos aper auditu. lix visu. simia gustu. Vultur odoratu. ꝑcellit aranea tactu. ¶ Tertio mlta sunt aĩalia vite lõgioris q̃ꝫ hõ. igr̃ ⁊c. pꝫ ꝯña: qꝛ sicut cõplexio est lõgioris vite: ita videt̃ esse ꝑfectioꝛ ⁊ tẽperatioꝛ. assumptũ pꝫ de elefante ⁊ ceruo: ⁊ aliqui dñt de ansere. ⁊ ꝑꝑ hoc q̃ꝫdo ꝑmo ꝯhunt̃ spõsalia dñt mulieres bononiẽses dũ ꝑmo sponse intrant domos maritoꝝ ocha ocha. quasi dicendo tã diu viuant in hac domo sicut viuit vel aptus ẽ viuere anser. ¶ Quarto de facto aliquod aĩal ẽ cuius oꝑatões ꝑfectiores sunt q̃ꝫ alicui⁹ certi hoĩs dati. igit̃ ⁊c. pꝫ ꝯña. ⁊ assumptũ arguit̃: qꝛ in cane aut simia aut quocũqꝫ alio aĩali valde disciplinabili ꝑfectiores sunt oẽs oꝑatões q̃ꝫ in frenetico vel apopletico. ꝗ ⁊c.

In oppositum est Aui. in lr̃a dum dicit. donauit aũt homini ⁊c.

Primo limitãdus est q̃õnis titulus ⁊ ponẽda sunt notabilia q̃daꝫ. scðo rñdẽdũ ẽ ad q̃sitũ.

Quantum ad primũ sciendũ est ꝙ q̃stio põt q̃rere. vtꝝ hõ hẽat ꝑfectiorẽ ꝯplonẽꝫ q̃ per aliq̃ꝫ potẽtiã possit eẽ ⁊ sub hoc sensu nõ eẽt difficultas nec itelligit̃ qð. notũ est. n. ꝙ deus ꝑ suam potentiã absolutam posset aĩal ꝑfectius hoĩe ꝓducere. ⁊ sic perfectiorẽ cõplexionẽ q̃ꝫ sit complexio humana. ad hoc. n. non sequitur ꝯtradictio: imo infinite ꝑfectiõis posset deus aĩal ꝓducere ⁊ posset ꝓducere aĩal essentialiter perfectius angelo: ⁊ hec ꝑscrutatio est theologica ⁊ nõ medicialis. ¶ Alius sensus est: vtrũ homo habeat perfectiorem ꝯplexionẽ que per naturalem potentiã in genere viuẽtiũ repiri põt. ⁊ sub hoc sensu intelligit̃ qð. ¶ Ex quo soluit̃ primuꝫ ante oppositũ adductũ ⁊ eius cõfirmatio. ¶ Scðo sciendũ ꝙ lꝫ cõplexio ordinet̃ ad oꝑationẽ tanq̃ꝫ ad finem: ꝑncipalius tñ ordinatur ad formã q̃ꝫ ad operationẽ: eo ꝙ operatio a ꝯplexiõe prouenitẽs est gr̃a forme vt pꝫ. datur. n. cõplexio in materia vt per ipsam forma in materia cõseruet̃. ordinat̃ etiaꝫ similiter vt per ipsam forma possit in materia oꝑari. ⁊ adhuc operat̃ forma in materia per cõplexionẽ vt melius in esse ꝯseruet̃: ⁊ sic per prius ordinat̃ ad formã q̃ꝫ ad operationeꝫ. ¶ Ex quo pꝫ tertio ꝙ cõplexiõalis perfectio non ẽ attendẽda penes operatiões ab ista ꝓueniẽtes vel aptas ab ipsa ꝓuenire. notum est. n. ꝙ multo ꝑfectiores operationes apte sunt ꝓuenire ab aliquo bruto in sua spẽ tẽperato q̃ꝫ ab hoĩe ad mortẽ tendẽte vt ab apopletico forti apoplexia vel frenetico tendẽte ad mortẽ. ¶ Sequit̃ vlterius perfectionẽ complexionis non esse attendẽdã penes perfectionẽ forme cui ista complexio subordinat̃ vel q̃ cũ ista cõplexiõe stare vel conseruari põt in materia. sic. n. non ꝑfectioꝛ esset cõplexio soꝛ. tẽperati q̃ꝫ colerici. qð nõ apparet rõnabile. verũtamẽ ꝑfectio forme ⁊ perfectio naturalis cõplexiõis bene argui põt cũ certis circũstantijs ex perfectione oꝑationis. ¶ Et si querat̃ penes quid tandẽ attendit̃ perfectio cõplexionis: dico ꝙ cõparando cõplexiones diuersaꝝ specierũ inter se perfectio illarũ attenditur penes perfectionẽ forme: ita vt illa sit ꝑfectioꝛ cum qua eẽ vel cõseruari põt perfectioꝛ forma: ita ꝙ illud argumẽtum est bonũ. ꝑfectioꝛ forma eẽ vel stare potest in materia cũ. a. ꝯplexiõe q̃ꝫ cũ. b. igitur. a. complexio est perfectioꝛ q̃ꝫ. b. ⁊ ecõtra: ⁊ hoc dico volẽdo oĩno tenere ꝙ totalis humana cõplexio est ꝑfectioꝛ ⁊c. si tñ adinuicẽ cõparẽtur cõplexiones eiusdẽ spẽi illa perfectio attenditur penes proportionalitatẽ ipsaꝝ ad formam vel conuenientiam ita ꝙ quãto aliqua cõplexio est forme hũane conformioꝛ tãto est tẽperatioꝛ seu ꝑfectioꝛ: ꝓpter qð dicimus tẽperatã esse ꝑfectiorẽ distempata ⁊ sanguineaꝫ ceteris paribus flegmatica aut melãcolica. ¶ Ex his sequit̃ ꝙ nõ penes lõgitudinẽ vel breuitatem vite attẽdit̃ cõplexiõis temperies vel ꝑfectio. tempatioꝛ eniꝫ est cõplexio iuuenis temperati q̃ꝫ pueri. ⁊ tamen nõ est longioris duratõis vt patꝫ. Vlterius pꝫ ꝙ non ꝓpter aliquã perfectiorem operationẽ esse ab aliqua cõplexione q̃ꝫ sit ꝯsimilis oꝑatio ab alia: debemus arguere illã complexionẽ esse ꝑfectiorẽ. Verũtamẽ vt dictũ est bene teneret illud argumẽtum cõparãdo perfectissimam aptam ꝓuenire ab vna ad ꝑfectissimã aptam ab alia prouenire vtrisq̃ꝫ formis quibus ille complexiones debentur in naturali dispositõe sua existẽtibus. ¶ Scienduꝫ vltimo ꝙ vna complexio põt dici alia temperatioꝛ dupliciter. Primo absolute vt dicimus ꝯplexionẽ humanã temperatiorẽ esse cõplexione bruti. secũdo respectiue vtrãq̃ꝫ illarum ad formã suaꝫ vel suã speciẽ cõparando vel referẽdo. vt dicẽdo ꝙ cõplexio asini sana est tẽꝑatioꝛ in sua spẽ q̃ꝫ sit cõplo hoĩs nõ sana in sua spẽ: vt sic dicatur ꝯplexio tẽperatioꝛ que in sua spẽ maiorẽ obtinet gradũ tẽperamẽti.

Quantum ad secundum. Sit prima ꝯclo. ꝙ absolute tẽperatioꝛ ⁊ perfectioꝛ est hũana ꝯplexio q̃ꝫ aliqua que in aliquo alio viuẽte reperiri possit. ꝓbatur: qꝛ cum ea stat vel cõseruatur ꝑfectioꝛ forma in materia. igit̃ ⁊c. pꝫ ꝯsequẽtia cũ antecedente. ¶ Secunda ꝯclusio. lꝫ ita sit stat tamẽ ꝯplexionẽ aliq̃ꝫ bruto fore temperatiorẽ q̃ꝫ sit homini aliqua certa humana cõplexio. ꝓbat̃: qꝛ cõplexio temperata asini est tẽperatioꝛ complexio asino q̃ꝫ cõplexio melancolici hominis sit temperata ꝯplexio homini. igr̃ ⁊c. pꝫ ꝯña cũ añte. ¶ Ex quo sequit̃ ꝙ aliqua cõplexio asini potest esse ita tẽperata cõplexio asino sicut hominis temperatissima est tẽperata cõplexio homini: qꝛ tantuꝫ gradũ tẽperamẽti in sua latitudine obtinere põt aliqua ꝯplo asini sicut hoĩs tẽꝑatissimi ꝯplo obtinet i sua. igr̃ ⁊c.

Ad argumenta principalia. ¶ Ad primuꝫ mõ tam respõsuꝫ ẽ. ¶ Ad secundũ negat̃ ꝯña vt tactũ est supra. posset etiã negari antecedẽs dicẽdo ꝙ quilibꝫ gradus visiõis humane quãtũcunq̃ꝫ remissus est eẽntialiter ꝑfectioꝛ q̃ꝫ visio bruti quãtũcũq̃ꝫ intẽsa. illa ergo intẽsio nõ est nisi accñtaliter ꝑfectioꝛ. ¶ Ad tertiũ dicitur similiter negando consequẽtiam vt tactũ est in q̃stione. ¶ Ad quartũ dr̃ negando ꝯñaꝫ. argumẽtũ tñ ꝯcluderet si vtrũq̃ꝫ illoꝝ foret i dispõne naturali ⁊c.

¶ Questio. XIX.

q **Queritur** xix. Vtrũ in corpore tẽperato sit quelibet operatio perfectioꝛ q̃ꝫ similis oꝑatio in corpore distẽperato. ¶ Arguit̃ ꝙ nõ ꝑmo a complexione bruti põt aliqua oꝑatio melius ꝑfici q̃ꝫ similis oꝑatio ab homine tẽperato. ergo a fortiori a complexione humana distẽperata poterit aliqua oꝑatio ꝓuenire ꝑfectioꝛ. ꝯña videt̃ tenere. ⁊ assumptũ pꝫ ex ꝑcedẽti questiõe. ¶ Secũdo melius digerit stomacus calidus q̃ꝫ tẽperat⁹: ⁊ meli⁹ stomacus frigidus appetit. ꝗ ⁊c. pꝫ ꝯña. ⁊ assumptũ etiã pꝫ: qꝛ in calido stomaco ẽ caloꝛ potẽtioꝛ. similiter ꝑ minorẽ ẽ Galie. secũdo tegni. frigidus quidẽ stomacus appetere bonus: digerere vero non bonus. ¶ Tertio oꝑatiões motiue sunt ꝑfectiores in puero colerico q̃ꝫ i puero temperato cũ motio vigoret̃ calido. igit̃ ⁊c. ¶ Quarto oꝑatiões

cognoscitiue sunt perfectiores in puero melancolico ꝙ̄ in puero tẽperato vt videt̃ velle Galie. secũdo tegni. ¶ Quinto operatio memoratiua ⁊ odoratiua perfectior ē in habẽtibus huiusmodi opationũ organa labẽtia ad siccũ. igitur ⁊c. pz ꝯña. ⁊ colligit̃ assumptũ quantũ ad partẽ illã de odoratu a pħo in pmo de sensu ⁊ sensato: quo vero ad secũdã partẽ. pz: qꝛ operatiõis memoratiue ē ꝯseruare: sed melius fit conseruatio i subiecto sicco. igit̃ ⁊c. ¶ Sexto posset adduci argumentũ de tactu mł̃ici superiꝰ adductum.

In oppositũ

est Aui. in caplo de cõplexionibus ⁊ Galie. scđo tegni i ꝙ̄ pluribꝰ locis vbi determinaui istã questionem.

Ideo istam

abbreuiando premittam quasdã suppositiones. secundo ponã conclusiones de quesito.

Quantum

ad primũ. ¶ Sit hec pma suppositio ꝙ forme humane corrñdet vnũ tẽperamentũ optimũ cum quo ipsa optime in subiecto conseruat̃ ⁊ optime cũ illo suas perficit opationes. pz ex dictis alias. Et posset probari: qꝛ dicit̃ temperamentũ iusticiale: ¶ Secũda suppositio est ꝙ distinctis formis scđm spẽz distincta tẽperamẽta correspõdent scđm spẽz. hoc etiã pz: qꝛ notũ est ꝙ cum tẽperamẽto canis nõ ꝯuenienter exerceret aĩa humana suas operatiões: imo quãtũcũꝙ̄ canis habeat in organo suo optimã dispõnem ꝓ operatione olfatiua: si tamẽ illa dispõ foret in hoie: nõ cũ illa pficeret aĩa actũ olfandi. ¶ Ex quo sequitur ꝙ visum pfici ab aliquo alio magis ꝙ̄ ab hoie nõ solũ est merito instrumẽti: sed etiã merito forme cui illud instrumẽtũ est maxime ꝓportionatuz ⁊ illi operationi taliter ꝯueniens qualiter nõ est cõueniẽs forme humane. ¶ Tertia suppõ est ꝙ in diuersis partibꝰ nostri corporis tam ꝯsimilibꝰ ꝙ̄ organicis sunt tẽperamenta iustitialia disticta pz per diuersitatẽ opationũ. ¶ Quarta suppositio ē. ꝙ possibile est in quolibz mẽbro nr̃i corporis esse iustitiale teperamẽtũ sibi ꝓportionatũ. pz: qꝛ alias hõ de secundo mõ equalitatis eẽt corpꝰ neutrũ de scđo significato.

Quantum

ad scđz. ¶ Sit hec pma ꝯclo ꝙ nulla opatio ceteris paribꝰ põt eẽ pfectior in corpore vel in mẽbro distẽperato ꝙ̄ tẽperato. probat̃. quelibz operatio in corpore tẽperato ꝓuenit a tẽperamento iusticiali: sed ceteris paribꝰ melius pficit operatões temperamentũ iustitiale respectu illius ꝙ̄ distemperamentuz ex quid nominis temperamẽti iustitialis. igit̃ ⁊c. pz ꝯña cũ antecedẽte. ⁊ ꝓ illo possunt adduci argumẽta tacta secũdo tegni questione eadẽ. ¶ Secũda cõclusio. sequit̃ quãlibet operationẽ magis esse perfectam in corpore tẽperato ꝙ̄ in distẽperato ceteris paribus. pz ex dictis.

Ad argumenta

principalia. ¶ Ad pmuz negat̃ ꝯña. tale. n. tẽperamẽtũ cum quo visio vel opatio aliqua meliꝰ pficit̃ in bruto ꝙ̄ in hoie tẽperato põt esse ꝓportõatũ forme bruti: ƺ nõ forme hũane. igr̃ ⁊c. ¶ Ad scđz dr̃ negãdo. assumptũ: ⁊ ꝙ nõ quolz maiori calido pficit̃ melius digestio. ¶ Pro auctoritatibꝰ vero dr̃ ꝙ Ga. voluit ꝙ stomacꝰ calidus digerit melius ꝙ̄ ipse appetat ⁊ frigidus eꝫ. ¶ Ad tertiũ: ⁊ quartũ negat̃ añs. dixit aũt Ga. ꝙ in puero mł̃ico i pueritia sunt sensus pfectiꝭ nõ respectu tẽpati: qꝛ sint pfectiores in eo in pueritia sicut nec in iuuẽtute: ƺ qꝛ nõ sunt tantũ in eo impfecti i pueritia sicut in iuuẽtute respectu tẽperati iuuenis. ¶ Alr̃ ꝙ sunt pfecti respectu tẽpati: sed nõ sunt cetera paria: qꝛ in equali tẽpore plus ꝓportiõabilr̃ p̃terit de pueritia mł̃icus ꝙ̄ tẽpatus: pp ꝙ apparẽt in eo opatões pfectiores. si tñ sumeret̃ i partibꝰ suaꝝ etatũ sibi ꝓportõabiliter corrñdẽtibꝰ ꝯtingeret oppositũ. ¶ Ad qntũ dr̃ negãdo assumptũ. ⁊ dr̃ ꝙ lz hõ inter cetera aĩalia praue odoret pp hũiditatẽ ⁊c. hõ tñ tẽperatus: qꝛ hz mensurã hũiditatis forme hũane ꝓportiõatã inter ceteros hoies optime odorat. vñ qualitercũꝙ̄ ab ea laberet̃ deteriꝰ odoraret. similiter dicit̃ de memoratiua. Et cũ arguit̃ ꝙ non: qꝛ memoratiue opatio est cõseruatio ⁊c. Dicitur ꝙ non cuz quolibet sicco pficeret aĩa operationẽ memoratiuã. sed cũ sicco tẽperato quale est huiusmodi siccuz qđ correspõdet temperamento iustitiali.

¶ Questio. XX.

q **Queritur** xx. Utruz spiritus sit res calidior que sit i corpore nostro. Et arguitur ꝙ nõ. pmo qꝛ cor est calidius spiritu vel saltẽ nõ minus calidũ. igit̃ ⁊c. cõsequẽtia tenet. ⁊ assumptuz ꝓbatur: qꝛ cor ꝓducit caliditatẽ spiritus vel spirituuz: sed nihil agit vltra gradũ propriũ. igit̃ ⁊c. ¶ Et confirmat̃ idem sic. Sic se hz caliditas naturalis cordis ad caliditatẽ naturalẽ spiritus. ⁊ ecõtra sicut caliditas eius preter naturã ad caliditatez preter naturã spiritus: sed maior est caliditas p̃ter naturaz cordis ꝙ̄ spiritus. igit̃ ⁊c. pz ꝯña. ⁊ arguitur maior: qꝛ ꝙ̄to res est calidior tanto est inflãmabilior ⁊ maioris caliditatis receptiua saltem in genere membroꝝ nostri corporis. ⁊ pz minor: qꝛ calefactũ esse cordis est multo maius ꝙ̄ possit eẽ calefactũ esse spũs. quare ⁊c. Uel põt sic argui ⁊ melius fortificari: sicut aliqđ membrũ est calidius ita est intensioris caliditatis p̃ter naturam receptiuũ. ⁊ ecõtra. sed maioris caliditatis p̃ter naturã receptiuũ est cor ꝙ̄ spiritꝰ. igitur ⁊c. tota cõsequentia cum antecedẽte nota est. ¶ Secũdo principaliter arguit̃. calor spũs est temperatus. igit̃ ⁊c. assumptũ pz ex descriptione spiritus superius posita: quia spiritus ē vapor sanguinis temperatꝰ ⁊c. ¶ Cõfirmat̃: qꝛ qđ ē omnibꝰ operationibus viuentis ꝓportionatũ est maxime temperatum: sed spũs est huiusmodi: quia spiritus effectiue cõcurrit ad quascunꝙ̄ membroꝝ operatiões. ¶ Tertio colera ē calidior spiritu. igitur ⁊c. pz ꝯña. ⁊ antecedẽs ponit Galie. in libro de malitia cõplexionis diuerse. ¶ Quarto arguit̃. febris de sanguie ⁊ similiter de colera ē calidior ꝙ̄ fe. effimera. ergo videtur sanguinẽ ⁊ colerã eẽ spiritu calidiores. cõsequẽtia tenet: eo ꝙ cũ spiritꝰ sub cõstãtie subtilioris ꝙ̄ aliqđ illoꝝ: si foret aliquo illoꝝ calior ad maiorẽ calitatẽ a caliditate preter naturam citius deduceret̃. ⁊ assumptuz cõcedunt auctores. fe. n. effimera ē remissior gradus fe. ¶ Quinto si ⁊c. sequit̃ ꝙ qđlibz membrũ spirituosum eẽt calidũ. cõsequẽs est falsum: eo ꝙ oculus est mẽbꝝ valde spirituosuz. ⁊ tamẽ oculus nõ est calidus: sed est membꝝ frigidũ.

In oppositũ

est Aui. in lr̃a q in primo ordine calidoꝝ ponit spũm.

In ista

questione erunt duo articuli. in primo videbitur de principali quesito. secundo spãliter videbit̃. vtrũ spiritus sit calidior corde.

Quantum

ad pmũ. ¶ Premittã pmo quedam notabilia. scđo ponã ꝯclões đ quesito. ¶ Quantũ ad primũ sciẽdũ est pmo vt circa lr̃az tangebatur ꝙ cũ triplex sit spũs. s. naturalis aĩalis ⁊ vitalis de quoꝝ distinctõe inferiꝰ habebit̃: in ꝓposito queritur de vitali. notũ est enĩz nec animalẽ nec naturalẽ esse rem calidiorem ⁊c. cũ quolz illoꝝ spiritus vitalis sit calidior. ¶ Sciendum secũdo hunc spũm esse in corde ⁊ in mẽbris aliꝭs omnibus quibꝰ a corde trãsmittit̃: quia tñ a corde ad alia membra trãsmissus alterat̃ ⁊ infrigidat̃. iđ de tali in ꝓposito nõ ē sermo: sed solum de spũ exñte in corde. ⁊ adhuc põt extẽdi questio ad spũm vitalẽ in artariꝭs exñtem cordi ꝓpinquuz. ¶ Sciendũ tertio ꝙ etiã spũs vitalis exñs in corde est duplex: qꝛ quidã est cordi appropriatus ꝓ suis operatiõibꝰ: ⁊ iste est in corde interius cõtentus etiã in porositatibꝰ intrisecis cordis. quidã ṽo est cõis aptus a corde ad alia mẽbra trãsmitti: qꝛ igit̃ pmus alteratus ē ⁊ cõplexiõatus secũduz exigentiã opationũ cordis: secũdus vero nõ. iđ de secundo in ꝓposito est sermo. ¶ Sciẽdũ quarto ꝙ Aui. in ꝓposito graduãs mẽbra nr̃i corporis in suis cõplexiõibus in cõparatiõe ad cutiz põit graduatões eoꝝ scđm suas naturales cõplexiões ⁊ nõ scđm cõplexiões eoꝝ p̃ter naturaz. Ex dictis quãtũ ad scđm sequũt iste ꝯclones. pma ꝙ nõ quilibz spiritus ē res calidior q̃ sit in corpe nr̃o. pz: qꝛ nec naturalis nec aĩalis. igit̃ ⁊c. ¶ Scđa ꝯclo est. ꝙ nõ quilz spũs vitalis est res calidissima q̃ sit in corpe nr̃o: qꝛ spiritus vitalis alteratus vt fiat aĩalis est vitalis: q tñ nõ est calissima res. igit̃ ⁊c. ¶ Tertia ꝯclo. sequit̃ ꝓbabiliter ꝙ possibile ē aliquez esse spũm vitalẽ aliquo naturali vel aĩali frigidiorẽ vel minus calm̃. hec cõclusio ꝓbat̃. maxime scđm opinionẽ medicoꝝ ponẽtiũ spũs vitales naturales ⁊ aĩales fore abiuicẽ distinctos spẽ. põat̃ igit̃ ꝙ ex. a. spũ vitali generet̃ spũs. b. aĩalis ⁊ sit nunc primuz instãs in quo est. b. spũs genitꝰ ex. a. ⁊ pz ꝙ. b. spũ põt esse aliqs spũs aĩalis calidior: qꝛ alias ꝙ̄ cito inciperet. b. spũs calefieri tã cito deficeret esse: sit igit̃. c. spiritus aĩalis in sexgaltero calior. b. spũ aĩali. Et arguit̃ sic. c. spũs ē calidior. b. spũ in sexgaltero: ƺ minus ꝙ̄ i sexgaltero

ſed minus q̃ in ſexquialtero immediate ante inſtans qḋ eſt pñens fuit.a.ſpũs vitalis calidioꝛ.b.igiẗ ꝛc.pꝫ ꝯña.ꝛ aſſumptũ ſatis ſeqẗ ex caſu.igiẗ ꝛc. ¶ Ex q̄ ſequiẗ ſatis eē poſſibile aliquē ſpũm aialem foꝛe ꝑciſe ita calĩm ſicut ē aliqs cert⁹ datus ſpũs vitalis. ¶ Conſimiliter dicaẗ ꝑ oia de naturalĩ. ¶ Quarta ꝯclõ eſt hec.nõ quilꝫ ſpũs vitalis exñs in coꝛde eſt res calidiſſima q̄ ſit in coꝛpe nr̃o. pꝫ de ſpũ appꝛopꝛiato coꝛdi ꝑ opatiõib⁹ ſuis. ¶ Quita ꝯclõ ē. ꝙ ſpũs vitalis exiſtẽs i coꝛde ꝛ nõ coꝛdi ꝑ ſuis opatõib⁹ appꝛopꝛiat⁹ ē calioꝛ vĩ caliſſima res q̄ ſit in coꝛpe nr̃o. hãc ꝯclõnẽ itellexit Aui. i lr̃a:ꝛ perſuadeẗ:qꝛ per p̃ſentiã ꝛ tranſmiſſionez h⁹ ſpũs ad omnes partes noſtri coꝛpoꝛis cõſeruaẗ cuiuſlibꝫ partis nr̃i coꝛpoꝛis caliditas naturalis.igiẗ ꝛc.pꝫ ꝯña. ꝛ aſſumptuꝫ ſatis patꝫ.ꝛ infra declarabiẗ. ¶ Sexta ꝯclõ.ſequiẗ ꝙ lꝫ ita ſit ſtat tñ huiuſmodi caliditatē foꝛe iuſtitialiter tẽperataꝫ.pꝫ: qꝛ ſtat cuꝫ hoc hãc foꝛe operationibus membꝛoꝝ ꝓpoꝛtionatã.igiẗ ꝛc.cõſequẽtia nota.ꝛ aſſumptũ ſatis pꝫ.

Quantum ad ſecundũ articulũ ſciẽdum eſt p̊mo ꝙ in coꝛde triplicē imaginamur mẽſuram caloꝛis.p̊ma eſt q̄ debeẗ coꝛdi merito partiuꝫ:ex qb⁹ integratur coꝛ:ſicut eſt caro nerui artarie ꝛc. deducta caliditate ſpũs coꝛdi ꝛ ſuis partib⁹ appꝛopꝛiati. ¶ Scḋa mẽſura eſt aggregatũ ex caliditate iaꝫ dicta ꝛ caliditate ſpũs coꝛdi ꝛ ſuis partib⁹ ꝑ eoꝝ opatiõibus appꝛopꝛiati. ¶ Tertia eſt totalis mẽſura aggregata ex duab⁹ caliditatibus iam dictis ꝛ caliditate ſpũs cõis in vẽtriculis iam dictis cõtenti ꝑ totũ diſtribuẽdi. ¶ Et ſecundũ ē ꝙ ſcḋa calĩtas ē intẽſioꝛ p̊ma ꝛ tertia adhuc intenſioꝛ ſcḋa. Ad ꝓpoſitũ igitur cõparare poſſumus coꝛ ad ſpũm ꝛ ecõtra in denominatione eſſe calidi vel quo ad p̊mã menſurã iam dictã in coꝛde:vel quo ad ſecundã:vel quo ad tertiã. ¶ Secũdo p̄ncipaliter p̊mittendũ eſt ꝙ aliud ē caliditatē alicui⁹ coꝛpoꝛis foꝛe caliditate alterius intẽſioꝛē:ꝛ aliud ē coꝛp⁹ illud foꝛe alio calĩus.vñ hec ꝯña nõ valet.caliditas.a.eſt intẽſioꝛ q̃ caliditas.b.igitur.a.ē intenſius calĩm.b.ꝛ hoc p̊mittitur tanq̃ inueſtigatũ in naturali philoſophia.ſilr̃ nõ ſeqtur ecõtra. ¶ Tertio p̄ncipaliter p̊mittendũ ꝙ omne calidũ reſultãs ex duab⁹ partibus: quaꝝ vna ē intẽſius ꝛ alia remiſſius calida ē remiſſius calidũ q̃ ſit pars eius intẽſius calida.pꝫ: qꝛ remiſſius ē illḋ totũ q̃ eſſet ſi ſecundũ quãlibet partē foꝛet eque intenſuꝫ ſicut eius pars intẽſe calida:ſed ꝑ tunc illud foꝛet ꝑciſe ita calidũ ſicut pars eius intẽſioꝛ eſt calida. igiẗ ꝛc.pꝫ ꝯña tota.ꝛ aſſumptũ ſimiliter intelligẽti. ¶ Tunc ſit p̊ma ꝯclõ.ſpũs eſt calidioꝛ q̃ ſit coꝛ ſecundũ menſurã gradualē caliditatis coꝛdis p̊mã iam dictã.pꝫ hoc intelligẽti. ¶ Secũda ꝯclõ. eſt hec.ſpũs eſt calidioꝛ coꝛde adhuc quo ad ſecũdam menſuram caliditatis in coꝛde repertã.pꝫ: qꝛ maxima caliditas exiſtẽs in coꝛde ꝑ tunc eſt caliditas ſpũs ſibi appꝛopꝛiati:ꝛ notuꝫ eſt ꝙ illa eſt remiſſioꝛ q̃ caliditas ſpũs cõis de quo ē ſermo in ꝓpoſito.igiẗ ꝛc. ¶ Nota tamē ꝓbabiliter ꝙ ſecũdum aliquos põt ſuſtineri caliditatē ſpiritus coꝛdis appꝛopꝛiati eſſe eque intẽſaꝫ ſicut caliditas ſpũs cõis ꝯtenti in ei⁹ vẽtriclĩs:imaginãdo ꝙ lꝫ calĩtas ſpũs appꝛopꝛiati ꝛc.ſit remiſſa a cõplõne coꝛdis ipm ſibi appꝛopꝛiãte ꝛ dearticulante ſecũdũ exigentiaꝫ operationũ coꝛdis: qꝛ tamen caliditas ſpiritus cõmunis in ventriculis contenti ꝛc. per aereꝫ frigiduꝫ multo plus remitteẗ ſibi magis occurrentē q̃ occurrat ſpũi intrinſeco.ideo non eſt euidẽs cuius illoꝝ caliditas ſit intẽſioꝛ.ſed quãtũcũq̃ ita foꝛet adhuc ſpũs eſt calidioꝛ coꝛde taliter ꝯſiderato:quia coꝛ taliter ꝯſideratũ eſt cõpoſitũ ex ſua ſubſtãtia ꝛ ſpiritu q̄ eſt pars eius intẽſioꝛ:ſed ꝑ tertiã ſuppoſitionē ſupius p̊miſſam omne tale ē remiſſius q̃ eius pars intẽſioꝛ.ꝗ ꝛc.pꝫ ꝯña cũ antecedẽte. ¶ Tertia ꝯclõ p̄ncipalis eſt ꝙ licet caliditas ſpũs nõ ſit intẽſioꝛ q̃ caliditas coꝛdis eidē attributa ſecundũ mẽſurã tertiã: ſecũdũ hoc tamen eſt ꝯcedendũ:ſpũm eſſe calidioꝛē coꝛde.p̊ma pars huius arguitur.tantum diſtat a nõ gradu tertia mẽſura calitatis in coꝛde exñs quãtũ caliditas ſpiritus: ꝫ penes hanc diſtãtiã attendiẗ intẽſio cuiuſlꝫ qualitatis.ꝗ ꝛc.

Ad argumenta p̄ncipalia. ¶ Ad p̊muꝫ dr̃ negãdo p̊mã ꝯſequentiã. coꝛ ꝓducit caliditatē qua ſpũs eſt calidus:ꝛ nihil agit vltra gradũ ꝓpꝛiũ.igiẗ ſpiritus nõ eſt calidioꝛ coꝛde: ꝫ ex illo antecedẽte ſeqtur ꝙ nõ intenſioꝛ ē caliditas ſpũs q̃ ſit caliditas coꝛdis illã caliditatē ꝓducẽs:ꝛ hoc ꝯcediẗ ſaltē de caliditate coꝛdis tertie mẽſure.cum hoc tamē ſtat ipm eſſe calidioꝛeꝫ.eodē.n.gradu põt aliquod ſubiectũ denominari magis ꝛ aliqḋ minus intẽſuꝫ vt dꝫ alibi videri.põt etiã dici ꝓbabiliter ꝙ nõ tantã caliditatē quantaꝫ hꝫ ſpiritus ꝓducit coꝛ:ꝫ p̊mo ꝓducit ſpũm remiſſe calĩm qui poſtea alterat ſe ad gradũ intenſioꝛē ꝯuenientē ſue foꝛme ſicut videmus de aqua interi⁹ ex vapoꝛibus generata q̄ a remiſſa frigiditate generaẗ:deide mouet ſe ad gradũ frĩtatis ịntẽſioꝛē. Et multa alia poſſumus hic imaginari. ¶ Et ſi q̄raẗ cũ coꝛ p̊mo generеẗ:vñ hẽat tunc ſpũm quo mediãte alium generare poſſit. Dicitur ꝙ generãs agẽs in materiã generatiõis coꝛdis ſcḋm diffoꝛmitatē partiũ illius materie ex aliqua ꝑte generat carnē: ꝛ ex aliqua neruũ:ꝛ ex aliqua ſpũm vitalē ꝛc̄. nec hoc ē mirabile cum etiã ſpũs gignitiuus hẽat i ſe iſtos tres ſpiritus vel foꝛmaliter vel virtualr̃: ꝫ de hoc plus videbiẗ infra. ¶ Ad ꝯfirmatõeꝫ cũ arguiẗ ſic.quanto aliqua ꝑs nr̃i coꝛpis ē calidioꝛ ꝛc̄.dr̃ negãdo aſſumptũ.quãtũcũq̃.n.ſpiritus de ſe ſit facilioꝛis inflãmatõis q̃ aliqua alia pars ꝛc̄. qa tñ cito ꝛ velociter coꝛrumpiẗ foꝛma ſpũs ꝛ exhalat:hinc eſt ꝙ ſub foꝛma ſua nõ tãtũ tolerat caliditatē p̄ter naturã. lꝫ ergo coꝛ vel aliud p̄ter naturã poſſet eē calĩus ſpũ:hoc tamen nõ eſt ꝯtra dicta:quia nõ graduanẗ in ꝓpoſito partes ſcḋm diſpõnem p̄ter naturã.iḋ ꝛc. ¶ Aliter poſſet ꝓbabiliter dici qḋ ſpũs intẽſioꝛē põt hẽre calĩtatē p̄ter naturã ꝛc. ꝛ ꝙ calefactũ eſſe ethice nõ eſt intẽſius:lꝫ illud ſit acutius ꝛ magis reſolutiuũ ꝓpter ſubiecti diuerſitatē. ¶ Ad ſecũduꝫ diciẗ negãdo ꝯñam vt tactum ē in q̄ſtione.ꝛ cõſilr̃ diciẗ ad ꝯfirmationē. ¶ Ad tertium diciẗ cõiter ꝙ caliditate potentioꝛi qua alterabilis ꝛ extraneabilis ē colera ipſa ē calidioꝛ ſpiritu.ſpũs tñ eſt calidioꝛ caliditate actuali naturali. Et ad p̊mũ ſenſum vadit auctoꝛitas Gal. ¶ Ad quartuꝫ põt dici ſic̄ dicebaẗ ſupra ad ꝯfirmatõeꝫ p̊mi.aliter dicere poſſum⁹ negando ꝯñam.ꝛ cauſa eſt:quia quantũcũq̃ ſpiritus exñs in calefacto eē ſit intẽſius calidus q̃ ſanguis vel colera: qꝛ tñ ꝓpter ſue ſubſtãtie ſubtilitatē ꝛ raritatē multo minus poteſt in membꝛi ſubam impꝛimere q̃ colera vel ſanguis calefactus.ideo cũ hoc nõ repugnat effimerã eſſe remiſſioꝛē ſicut ꝛ multis aliĩs exemplis naturalibus põt exemplificari ꝛ declarari. ¶ Ad quintũ diciẗ negando ꝯñam: ſed illud tantum ſequiẗ deducta cõtraoperantia partiũ membꝛi cõtrarie cõplexionis ſpiritui q̄ eſt in oculo.licet.n. in eo ſit mult⁹ ſpiritus:in eo tamē ſunt multi humoꝛes ꝛ tunice amplioꝛis quãtitatis ꝛ potẽtioꝛes in denominãdo oculum frigiduꝫ q̃ ſpũs ſit ſufficiẽs oculum denominare calidum ꝛc̄.

¶ Queſtio. XXI.

Queritur xxi. Utrũ flegma ſit frigidius qḋ eſt in coꝛpe nr̃o. Et arguiẗ multipliciter ꝙ nõ. ¶ Primo. melãcolia ē frigidioꝛ flate.igr̃ ꝛc. pꝫ ꝯña.ꝛ arguitur aſſumptũ: qa ex quocũq̃ flegmate quãtũcunq̃ frigido põt per viã cõgelationis generari melãcolia:ſed omne generatũ ex alio per ꝯgelatõeꝫ ē frigidius eo. igiẗ ꝛc.pꝫ ꝯña.ꝛ colligitur maioꝛ ex dictis Auicē.in capitĺo de generatiõe humoꝝ.ꝛ pꝫ minoꝛ euꝫ ꝯgelatio ꝓcedat ꝯtinue infrigidãdo. ¶ Secũdo.poſſibile eſt aliqḋ flegma foꝛe aliquo ſanguine calidius vel ſaltē minus frigidũ. igiẗ ꝛc. ꝯña pꝫ.ꝛ arguiẗ aſſumptũ ponẽdo.a.flegma imediate i.b. ſanguinē trãſmutari:ꝛ ſit nũc inſtans primũ in quo generatus eſt.b.ſanguis: ex.a.flegmate:ꝛ ſit.c. ſanguis in ſexqaltero frigidioꝛ.b.generato ex.a.ꝛ arguitur ſic. In ſexquialtero frigidioꝛ eſt.c.ſanguis q̃ nunc eſt.b.ſed minus q̃ in ſexquialtero frigidus fuit per tẽpus ante hoc.a.flegma q̃ nũc eſt.b.igitur.pꝫ ꝯſequẽtia.ꝛ aſſumptũ pꝛo p̊ma parte.ꝛ ſecũda ſequiẗ ex caſu cum vſq̃ ad frigiditatē.b. cõtinue ante remiſſa fuerit frigiditas.a.igr̃ ꝛc̄. ¶ Tertio.rigoꝛ quartane ē maioꝛ q̃ rigoꝛ quottidiane vĩ flegmatice. igitur frigidioꝛ ē melãcolia ꝛc.pꝫ ꝯña cũ humoꝛ mĩicus ꝛ ſimiliter flegmaticus per frigiditatē cauſent rigoꝛē.ꝛ aſſumptũ colligiẗ ex dictis Auicē.p̊ma quarti in plurib⁹ paſſibus. ꝛ pꝫ per experimentũ. ¶ Quarto.flegma eſt ſanguis diminute decoctus ergo flegma nõ eſt frigidius ꝛc.pꝫ ꝯña cum nullus ſanguis ſit frigidioꝛ res que ſit in coꝛpoꝛe noſtro.ꝛ aſſumptuꝫ habebitur infra in littera in caplĩo de humoꝛib⁹. ¶ Quinto.flegma eſt frigiditatis pauce:ſed nihil exiſtens frigiditatis pauce eſt res frigidioꝛ que ſit in coꝛpoꝛe.igiẗ ꝛc.pꝫ ꝯña ꝛ aſſumptum poniẗ in lr̃a caplĩo de humoꝛibus. ¶ Ultimo arguiẗ

sic.cõiter in frigidissima etate multiplicat melancolia vt in senectute.igit ꝛc.pꝫ ꝯña.ꝛ assumptum similiter.

Ad oppositum est Auicē. in littera dū dicit. Frigidius vero quod est in corpore nostro est flegma.

Pro responsione ad quesitum premitto primo quedam proposito necessaria.secundo ponent cõclusiones de quesito.

Quantum ad primuꝫ sit prima distinctio hec.ꝙ duplex ē flegma. quoddaꝫ naturale. quoddã vero preter naturam.Et per flegma naturale itelligere debem⁹ flegma nature vł virtuti ꝯueniēs,ꝓ suis operationibus exercēdis ꝛ finibus ad quos a natura inuentuꝫ est flegma. Ecõtra vero per flegma ꝑter naturã intelligas flegma habēs dispositiōem qua redditur virtuti difformis vel discõueniēs ꝓ suis operationib⁹ ꝛ finibus iam dictis sicut dictuꝫ est: sicut est flegma vitreū vel salsuꝫ vel aliquod huiusmodi. ¶ Secunda distinctio est.ꝙ adhuc flegma naturale ad intellectum datū põt esse duplex:quia quoddã est alteratum a dispositiōe puri flegmatis versus naturam sanguinis.quoddã vero non.exēpla patēt. ¶ Cõsimiliter per omnia distingui potest de melancolia aut quocūꝗ alio humore vel humiditate nostri corporis.

Quantum ad secundū articulū sit hec ꝑma conclusio.possibile ē aliquod flegma aliquo sanguine esse calidius vel remissius frigidū hanc ꝯclusionē.deducit argumentū factū ante oppositū. ꝛ confirmatur:qꝛ satis verisimile est flegma existens in corde calidius fore sanguine nutriēte os vel neruū ꝛc. ¶ Ex quo sequitur non quodlibet flegma esse rem frigidiorē que sit in corpore nostro. ¶ Secūdo sequit aliquod flegma nō ꝑternaturale eē cadilius cute.aliquod eniꝫ tale aliquo sanguine naturali est calidius vt argutū est.igitur ꝛc. ¶ Secunda conclusio. ꝓbabiliter teneri põt flegma quantūcūꝗ ꝑternaturaliter frigidū non esse reꝫ frigidiorē que sit in nr̄o corpore.ꝓbat. nam ex frigidissimo flegmate quocūꝗ per ꝯgelationē põt gñari melãcolia.igit ꝛc.pꝫ ꝯña . satis eni rõnabile apparet ꝙ melãcolia ex eo taliter generata per cõgelationē partes humidas ꝛ subtiles flegmatis exprimētem cum remanētia terrestriū:sicut pꝫ in cõgelatiōe luti: erit frigidior ꝗ̄ flegma ex quo per talē congelationē erit generata. ergo ꝛc. ¶ Itē ꝓ isto videt intentio Aui.caplo de generatiōe humoꝝ dicentis ꝙ frigiditas generat flegma:ꝛ multum intēsa melancoliam. ¶ Tertia ꝯclusio est.ꝙ lꝫ ita sit:ꝓbabile tamē apparet ꝛ sustētabile ꝙ frigidissimū flegma ꝑternaturale ē frigidius melãcolia ꝑternaturaliter frigidissima:imaginando ꝙ cū ex vitreo flegmate frigidissimo generet melãcolia per cõgelationē quãtūcūꝗ partes terrestres in flegmate illo ꝯtinue frigefiant:qꝛ tñ multo remissius frigide ꝑus erãt ꝗ̄ aquose facta cõgelatione ꝛ expressis aquosis remanebunt adhuc ille terrestres cõgelate remissius frigide ꝗ̄ ꝑus erãt ille aquose: ꝛ sic melãcolia illa remissius frigida. sicut apparet in luto qđ cum hꝫ permixtionē aqueaꝝ partiū cuꝫ terrestrib⁹ in ꝑncipio congelationis apparet multū frigidius ꝗ̄ post ꝯgelationē multū ꝓcedentē ꝛ multū terrestrificantem vt docet experimentū.sic ꝓportionaliter imaginãduꝫ est in ꝓposito. ¶ Sed forte contra hoc arguit . nō videt aliquo modo esse possibile in corpe humano repiri flegma sic ꝯgelatum.nō.n.videt ꝙ stante vita tanta possit in hoie frigiditas repiri ꝙ huiusmodi cõgelet flegma. ¶ Sed ad hoc põt dici ꝑmo ꝙ ip̄a non ē vera ꝯgelatio sicut corpoꝝ existium extra nos:sed ē quedã superflua ingrossatio. ¶ Vel aliter dicit ꝙ lꝫ nō sit possibile in aliquo mēbro viuēte fore tantam frigiditatē ꝛc.calore tamē alicuius membri existe debili vt intestinoꝝ ꝛ multiplicato flegmate ex reb⁹ frigidis generato.puta fungis ꝛ cucumerib⁹ possibile est virtutē elementorum frigidoꝝ in hoc flate tantū dñari ꝙ non poterit mēbri cõplo tantū ꝓhibere qn talia se ad gradū valde intensuꝫ frigiditatis reducant:ad quē sequit q̄dã ꝯgelatio ꝛ induratio ꝛ partiū hūidaꝝ expressio:qđ adhuc foret euidētius ponēti elementa in mixto formaliter remanere lꝫ refracta vt patꝫ. ¶ Quarta cõclusio.sequit aliquod flegma esse aliqua melancolia tam naturali ꝗ̄ ꝑter naturã calidius:ꝛ aliquod frigidius:ꝛ aliquod eque frigidū precise . hoc totū pꝫ intuēti. ¶ Ultima ꝯclusio.ponit ꝓ intentiōe Aui.in lr̄a ꝙ ceteris paribus flegma naturale in sua puritate exñs non alteratuꝫ versus conuersionem eius in alium humorem est frigidissimum quod est in nostro corpore respectu aliaꝝ partiuꝫ nr̄i corporis naturaliter se habētium.illa cõclusio est de mente Aui.in lr̄a.ꝛ persuadet:qꝛ flegma plus attestat aque ꝗ̄ aliquis alius humor vel aliqua pars nostri corporis que attestet vel ꝓportionet alicui alteri elemēto.igit ꝛc.pꝫ ꝯña:cū aqua sit elemētū frigidissimū.ꝛ assumptū ostēdit expimētuꝫ. ¶ Et ex hoc tãꝗ̄ expimēto persuaderi põt flegma preternaturaliter frigidissimū fore frigidius nr̄a frigidissima preternaturaliter:qđ est:qꝛ qđ ē naturaliter frigidius videtur etiã ꝑternaturalr̄ fieri posse frigidius ꝛc. ¶ Et dixi notanter in ꝯclone ceteris pibus:qꝛ vbi nō seruarent pitas . puta:qa cõpararet flegma exñs in corde melancolie pedis pꝫ ꝙ ꝓ tūc nō forēt cetera pia:nec esset ꝯclo vlr̄ vera. debet igit cõparari flegma naturale frigidū ad alias ptes naturaliter frigidas in sua latitudine correspōdēter : vt mediocriter frigidū ad mediocriter frigidas.ꝛ sic de alijs.ipsis eniꝫ adiuicem sic correspōdenter cõparatis pꝫ ꝙ semper flegma erit frigidius ꝛc.ꝛ sic voluit Aui.in littera.

Ad argumenta ꝑncipalia. ¶ Ad ꝑmū pꝫ ex questiōe quid sit rñdendū. ¶ Ad scđm sil̄r pꝫ intuēti qđ sit rñdendū. ¶ Ad tertiū dicit negãdo ꝯñam:qa nō est maior siue intēsior nisi ꝓpter humorē ip̄m facientē esse difficili⁹ calefactibilē ꝛ subtiliabilē. ¶ Ad quartū qualiter ista ꝓpositio sit intelligēda videbit infra. ¶ Ad quītū dicit ꝙ ingrppō recipit multas expōnes. ꝑma ē.ꝙ flegma naturale ē pauci frigoris respectu flegmatis ꝑternaturalis:eo ꝙ flegma ꝑternaturale ē multo frigidius.secũda expō est.flegma naturale est pauce frigiditatis respectu eius in cõparatione.s.ad caliditatē colere ꝛ sanguinis:quia.s.multo frigidius est respectu colere ꝛ sanguinis ꝗ̄ respectu cutis.tertia expositio est hec.ꝙ flegma.s.naturale est pauce frigiditatis respectu cutis ad hūc sensuꝫ ꝙ minus recedit flegma per frigidū a cute:ꝛ hoc quo ad gradualē mensuram ꝗ̄ humores calidissimi vt colera recedãt ab eadem per calidum.ꝛ hoc cõformatur quibusdaꝫ dictis superius. ¶ Ad vltimū dicit ꝙ in frigidissima etate multo plus multiplicat humor flegmaticus ꝗ̄ melãcolicus vt potest colligi ex dictis Auicē caplō illo . Nutriens masticatione.illa particula. Nō opꝫ vt stet credulitas ꝙ ois cõplexio generet humorē sibi similē ꝛc.lꝫ i etate senectutis plus multiplicetur melancolia ꝗ̄ in alijs etatibus de quo tamen inferius habebitur.ideo ꝛc.

¶ Questio. XXII.

q

Ueritur xxij. Utrū pili sint cõplexiōis frigide. Arguit multipliciter ꝙ nō. ꝑmo . materia generatiōis piloꝝ est calida.igitur ꝛc.pꝫ ꝯsequētia.ꝛ assumptū similiter.ꝓbatur multipliciter.ꝑmo.talis materia ē exhalatio a forti calido ꝛ adurente subtiliata ꝛ sursum eleuata.igit ꝛc.pꝫ cõsequentia.ꝛ assumptuꝫ satis pꝫ.talis eniꝫ materia nō est nisi vapor fumosus: sed nō fit vapor fumosus nisi a forti calido.igit ꝛc. Et cõfirmatur idē auctoritate halyabatis secundo theorice dicētis materiã pili esse vaporē calidū ꝛ siccū. ¶ Secūdo.huiusmodi materia plus eleuatur ꝛ multiplicat in etate calidiori.igit ꝛc. pꝫ cõsequētia.ꝛ assumptū similiter:qꝛ in iuuētute. ¶ Tertio : qꝛ in corporibus calidioribus.puta in colericis plures generantur pili ꝛ grossiores.igit ꝛc.pꝫ cõsequētia. ꝛ assumptū similiter pꝫ per experimentū. ¶ Quarto pili calefaciunt corpus humanū ergo nō sunt frigidi. Nota est cõsequētia.ꝛ assumptū patet de pãno. ¶ Quinto:qꝛ facilius inflãmant pili a calore:sed qđ a calore faciliter inflãmatur est calidū. igit ꝛc. pꝫ ꝯsequētia.ꝛ assumptū similiter est de mēte Halie. tertio de complexiōibus . vbi vult ꝙ illud quod faciliter a calido patitur ꝛ calefit est potentia calidum.

Ad oppositum est Auicenna in littera.

In ista questione primo videbitur de causa generationis pilorum ꝛ modus generatiōis eorundem.secundo respondebit ad quesitum.

Quantum ad primum sciendū est ꝙ per actionem calidi resoluentis humiditates nostri corporis multi eleuantur vapores siue exhalatiões. quidã eni sunt vapores humidi ꝛ aquosi valde:qui ad por-

rositates venientes aut subtiliantur ⁊ resoluuntur: puta si calidum forte fuerit: aut condensantur ⁊ ingrossantur ⁊ sub forma sudoris expellunt̃: ⁊ quãdoq₃ cum perueniũt ad cerebrum cõuertunt̃ in aquositates: ⁊ catarros generãt vel reuma. Et notandũ ꝙ isti non sunt cõueniens materia ꝑ generatione pili. huiusmodi aũt vapor vtplurimũ est frigidus ⁊ hũidus naturaliter: aut calidus ⁊ hũidus naturalr̃. ¶ Secunda est exhalatio quedam ignea. s. subtilis valde calida ⁊ sicca sicut est vapor colericus siue a subtili colera eleuatꝰ: ⁊ adhuc huiusmodi exhalatio non est cõueniens materia generationis pili cũ non sit apta in porositatibus retineri ⁊ ingrossari sicut opꝫ ad piloꝝ generationẽ. ¶ Tertia ẽ superfluitas quedam lutosa grossa que nõ expellit̃ sub forma sudoris: sed ẽ res grossa terrestris valde sicut est sordities apparens circa superficiẽ vel cutim nostri corporis: ⁊ illa etiã non est cõueniẽs materia generationis pili. ¶ Quarta est vapor grossus terrestris a calido eleuatus participans aliquid de vnctuoso ⁊ viscoso: qui ꝑueniens ad porrositates cutis a frigiditate cutis ingrossatur ⁊ indurat̃: ⁊ per eius viscositatem cuti cõglutinatur ⁊ ꝯtinuatur: cui succedẽs alter vapor similis cõsimiliter ingrossatur ⁊ priorem expellit versus superficiẽ exteriorẽ: ⁊ ipse succedẽs remanet cõtinuus priori. ⁊ sic ꝯtinue alteratur ipse vapor a cuti. ⁊ sic iterũ succedit alter ꝓpellẽdo aliũ: ⁊ sic vltra: quousq₃ generet̃ vnuʒ corpus subtile secundũ longum ꝓtensum: quod dicimus pilum. Et hanc eandẽ sententiã colligere possumus ex dictis Auicẽ. quarto canͣ. quintium: dum dicit̃. Capilus nascitur ex vapore fumoso quãdo ꝯgelat̃ in porris ⁊ orit̃ super eos ⁊ ꝓprie per illud quod assumitur ex alimẽto: ⁊ ꝓprie quãdo humiditas corporis est viscosa vnctuosa nõ aquosa nec lutosa: sicut arboꝝ vnctuosarũ folia nõ cadunt ⁊c. ¶ Ex hoc pꝫ secundo que sunt cause generatiõis piloꝝ. sunt eñi quattuor: sicut ⁊ alioꝝ compositoꝝ naturalium. s. materialis formalis efficiens ⁊ finalis. materialis est vapor fumosus iam dictus. formalis est illa forma per quã dicit̃ pilus: que vtꝝ sit essentialiter disticta a forma substãtiali illius vaporis fumosi vel non nõ est ad ꝓpositũ. finalis vero est mundificatio corporis ab huiusmodi vaporibꝰ fumosis: ⁊ adhuc corporis decoratio vt pꝫ de pilis supciliorꝝ ⁊ barbe. Efficiens vero est duplex: quedaʒ mediata ⁊ remota: ⁊ ista est calidũ adurens eleuans vaporẽ fumosum iam dictũ: alia vero est causa efficiẽs immediata: ⁊ ista est frigiditas cutis ⁊ alioruʒ membroꝝ ⁊ aeris circũstantis ingrossans siue cõgelans predictũ vaporeʒ fumosum ⁊ in pilũ conuertẽs. ¶ Sed dices forte: quõ ad frigiditatẽ cutis potest predictꝰ vapor fumosus cõgelari: cũ sit frigidior vapor ille ꝙ̃ aer extrinsecus vl̃ cutis ⁊ remissius frigiduʒ non possit infrigidare ⁊ cõgelare intensius frigidũ. igitur ⁊c. ¶ Et cõfirmatur: quia videt̃ frigidum cutis ⁊ membroꝝ circunstantiũ agere vltra gradum propriũ. ¶ Sed ad hec põt dici ꝙ lꝫ ille vapor sit naturaliter frigidior cute: accidẽtaliter tamẽ: quia a calido passus ⁊ eleuatus est: est calidior cute: ⁊ hanc caliditatẽ potest remittere cutis ⁊ membra circũstantia ⁊ aer. ¶ Sed adhuc non apparet qualiter ducat̃ ad frigiditatẽ tãte intensiõis ꝙ congelet̃: nisi dicat̃ ꝙ ab itrinseco: q̄r naturalr̃ frigidus ẽ ducit̃ ad fritatẽ tãte intẽsiõis ꝙ ad eã seqt̃ ꝯgelatio. ¶ Aliter potest dici ꝙ ille vapor nõ infrigidat̃ a cute nisi ad istũ sensuʒ ꝙ in cute nõ est caliditas sufficiẽs prohibere ne iste vapor intendatur ad gradum frigiditatis iam dictum. ⁊ vtraq₃ responsio potest satis tolerari.

Quantum ad secundũ. ¶ Sit prima ꝯclo. ꝙ pilus est frigide cõplexionis. ꝓbat̃. materia pili est frigida: efficiẽs imediatũ est frigidũ. ergo ⁊c. pꝫ cõsequentia. ⁊ assumptuʒ ꝑ ꝑ̃ma parte cũ sit materia illa vapor terrestris. similiter secũda pars pꝫ: q̄r lꝫ mediatũ agens sit calidũ: nihilominus tamẽ immediate cõplens generationẽ pili est frigidũ: vt dictũ est. ideo ⁊c. ¶ Scd̃a ꝯclo. sequitur ꝙ pilus etiã ẽ res valde sicca. pꝫ. cũ vapor ille sit siccus ⁊ fumosus. ideo ⁊c. ¶ Tertia cõclusio. sequit̃ ꝙ pilus ẽ magis siccus ꝙ̃ ipse sit frigidus. pꝫ: quia fortius est exiccãs generans pilũ ꝙ̃ sit infrigidãs. igit̃ ⁊c. assumptũ pꝫ: q̄r tale est calidissimũ forte vrens: frigidũ vero est frigidũ cutis ⁊ aliorum iam dictoꝝ. ¶ Item ꝓ isto est auctoritas Auicen. dicentis in littera ꝙ siccior res que sit in corpore nostro ẽ pilus ⁊ est in primo ordine siccoꝝ non aũt frigidoꝝ. igitur ⁊c.

¶ Quarta cõclusio. sequitur ꝙ flegma ẽst frigidius pilo. ⁊ hanc ꝯclusionẽ habemus in littera. quare ⁊c.

Ad argumenta principalia. ¶ Ad primũ negat̃ assumptũ. ⁊ ad probationẽ dicitur negãdo illam ꝯñam. s. huiusmodi exhalatio fit a forti calido vrẽte. ergo est calida. põt eniʒ a forti calido generari vapor frigidus ꝑ resolutionẽ humidi. vel dicit̃ ꝙ concedendũ est hũc vaporem accidẽtaliter esse calidissimũ sicut est vapor aqueus q̄ tamẽ est naturaliter frigidus: imo ad gradũ intense frigiditatis reducit̃. ¶ Ad cõfirmationeʒ exponit̃ illa auctoritas Halyabatis a mlt̃is taliter. pilus fit ex vapore calido ⁊ sicco. i. a calido exiccato. vel aliter dicit̃ ꝙ fit ex vapore calido. s. capiẽdo accidẽtaliter vt dictũ est. ¶ Ad secundũ dicit̃ ꝙ pili huiusmodi vel materia in etate calidiori plus multiplicant̃ ⁊c. quia tũc sunt materie magis terrestrificatiõi apte ⁊ disposite ⁊ calidũ aptuʒ magis terrestrificare. ideo ⁊c. ¶ Ad tertiũ similiter dicit̃. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ calefaciũt per accidẽs reuerberando calorẽ vt iaʒ alias dictũ est. ¶ Ad quintũ dicit̃ negando ꝙ omne qđ a calore faciliter inflãmat̃ est calidũ. ꝓ auctoritate Gal. possumus dicere ꝙ illud quod faciliter calefit ꝓpter dominiũ partiũ aereaꝝ vel ignearũ in eo potest dici potẽtialiter calidũ. sic aũt non est de pilo: cum non ita faciliter inflãmet̃ nisi propter subtilitatẽ suam. ideo ⁊c.

¶ Questio. XXIIII.

Queritur xxiiij. Utrum cerebruʒ sit frigide cõplexionis. Arguitur multipliciter ꝙ nõ. ¶ Primo. cerebrũ per se est ꝓductiuũ calidi. igit̃ cerebrum per se est calidũ. pꝫ ꝯsequẽtia. ⁊ assumptuʒ pꝫ: q̄r cerebrum per se est ꝓductiuũ spiritus animalis: qui est valde calidus. igitur ⁊c. pꝫ ꝯsequẽtia. ⁊ assumptũ habet̃. prima tertij capit̃lo primo. ¶ Secundo. cerebrũ indiget euẽtatione continua. ergo cerebꝝ est calidũ. pꝫ ꝯsequẽtia: quia non debet̃ euentatio nisi ratõe intensi caloris. ⁊ pꝫ assumptũ: q̄r eleuato craneo sensibiliter apparet cerebruʒ moueri motu dilatatõis ⁊ ꝯstrictõis. ¶ Tertio. cerebrũ est principiũ sensus ⁊ motus. sed huiusmodi operatiões non perficiuntur nisi a calido satis intenso. igit̃ ⁊c. nota est cõsequẽtia. ⁊ assumptum pꝫ ꝑ̃ma tertij. ¶ Et cõfirmat̃: quia a cerebro perficiũtur operatiões interioꝝ virtutum. s. sensus cõmunis fantasia ⁊c. que multo indigent calido ⁊ multo spiritu. ideo ⁊c. ¶ Quarto: q̄r circa cerebrũ maxie multiplicant̃ pili. iõ ⁊c. pꝫ ꝯsequẽtia cũ pili fiant a forti calido adurente materiam. ¶ Quinto. cerebruʒ est materia nutricatiõis calida. igit̃ ẽ caliduʒ ⁊ humidũ. pꝫ ꝯsequẽtia: quia eadẽ est materia generationis ⁊ nutricationis. assumptuʒ satis pꝫ si sumatur loco cibi. ¶ Ultio ꝓ isto videt̃ auctoritas ysaach in dictis particularibꝰ capl̃o de cerebro: vbi auctoritate philosophi dicit cerebꝝ esse calidũ naturaliter ⁊ accñtaliter frigidũ.

Ad oppositũ ẽ Aui. in lr̃a q̄ enumerat cerebꝝ inter mẽbra frigida.

Respondendo ad istam questionem. primo premittaʒ quedã ꝑambula. secũdo ponaʒ ꝯclusiones de quesito.

